TYPUS PRIORIS PARTIS GRAMMATICÆ

- *Gramma-tice partes* …
  - Etymologia in proprietate
    - Literarũ, quæ ſunt:
      - Vocales
        - apertæ: α, ω, η, ε, ē, ω, ι. — cap. 1.
        - Diductæ o, υ, u. — cap. 1.
      - Conſonantes,
        - Semivocales,
          - Liquidæ: ſ, ς, ζ, ρ, λ, l, m, n, ν. — cap. 2.
          - Firmæ j, V, f, h. — cap. 3.
        - Mutæ
          - Apertæ: t, d, c, g. — cap. 4.
          - Clauſæ b, p, — cap. 4.
    - Syllabarum, é
      - Vocalibus, ſuntque diphthongi 8.: Ai, ei, ω, ei, ie, ιe, oe, oi, ui. — cap. 5.
      - Conſonis.
    - 1
      - Accentus & Apoſtrophus, in: a, e, i, S, T, R, L. — cap. 6.
      - Notatio in
        - Specie: Primitiva, Derivativa — cap. 7.
        - Figura: Simplici, Compoſit…

Grammatice partes ſunt duæ.

- Notatio in
  - … Derivativa
  - Figura
    - Simplici
    - Compoſita — cap.7.
- Vocum, quarum conſid. 2 Differentiæ. Nã vox eſt vel
  - Numeri,
    - Nomẽ in quo cõſid.
      - 1
        - Numerus,
          - Singularis
          - Pluralis. — cap.8.
        - Genus
          - Maſculinũ
          - Femininũ — cap.9.
      - 2
        - Comparationem cap.10.
        - Pronomina cap.11.
    - Verbum in quo
      - 1
        - Tempus
        - Perſona. — cap.12.
      - 2 Conjugationes 4. — cap.14. 15.16.17.
  - Sine numero,
    - Adverbium cap.18.
      - eſt
        - Quantitatis,
        - Qualitatis,
          - General.
          - Special. in
            - numero,
            - tempore,
            - loco.
      - Comprehendit
        - Interjectiones,
        - Præpoſitiones.
    - Cõjunct. cap.19.
      - Enunciativa,
        - Cõgregativa
          - Copulativa,
          - Cõditionalis
        - Segregativa,
          - Diſcretiva
          - Disjũctiva
      - Ratiocinativa,
        - Rationalis,
        - Cauſſalis.
- Syntaxis cujus vide Typum pag.75,6.

G

L

A

GRAMMATICA LATINO-FRANCICA

A PETRO RAMO FRANCICÉ ſcripta, Latina veró facta Annotationibuſque illuſtrata.

PER

Pantaleontem Theveninum Commercienſem Lotharingum.

EDITIO SECUNDA.



FRANCOFURDI
Apud Joannem Wechelum,
MDLXXXX.

2

P
T
M

de
m
qu
an
ne
qu
bu

PANTALEON
THEVENINUS COM-
MERCIENSIS LOTHARINGUS

Candido Lectori S. P. D.

DUÆ res ſunt (Lector,) quas antequã ad Grammaticæ apodoxin veniamus, á me expectare videaris: in primis, ut quid hæc Grammatica ſupra cæteras omnes quas quidem viderim Grammaticorum artes adferat, doceamus: tum ut de nova hac ſcribendi forma rationeque aliquid dicamus. Etenim Jacobus Sylvius, qui in profeſſione regia

vitam cum morte commutavit, Grammaticã Latino-gallicam ſcripſit, eamque Reginæ Helionoræ dum in Galliam adventaret, dedicauit. Godefridus Toreus typographus regius compendium aliquod in lucem emiſit: & Doletus partem ejus aliquam, uti de punctis deque Apoſtrophis tractavit. Quin eorum exemplo invitati Joannes Pilotus, & Joannes Caucius Latiné, Robertus veró Stephanus Latino-Francicé aliquam Grammaticæ doctrinam ſuo quiſque arbitrio conſcripſerunt. Joachimus Bellajus veré Francorum Catullus, illuſtrationem linguæ Francicæ patria lingua emiſit, elegantem illam quidem, ſed futuro poetæ quám linguæ diſcendiæ cupidis magis profuturam. At veró P. Ramus methodi luce, perpetuaque

tuaque legitimi ordinis collocatione poſt hominum memoriam clariſſimus, illis eſt brevitate ſimul & facilitate accuratior. Nam cùm alii Grammaticæ Latinæ ordinem inſequuti, multa πάρεργα inculcent, falſa veris immiſceant, phraſes quas é dictionariis peti licet, infarciant, methodi ordinem mille locis interturbent: hic Etymologiam ſingularum vocum accuraté, veré & breuiter, deinde conjunctarum Syntaxin, fuſas etiam per utramque proſodiam & orthographiam ita interpretatur, ut communia ſemel exponat, (utpote ſyllabæ quantitatem, vocis accentum, ſpeciem, figuram, numerum, &c.) propria veró propriis locis digerat, totumque Grammaticæ corpus ordinis compendio & claritate brevius & facilius efficiat. At-

que hoc pacto quid hîc ſupra reliquas Grammaticas expectandum tibi ſit, vides, legendoque experiere. De ſcribendi ratione magna eaque diuturna inter eruditos controverſia fuit, (quæ etiamnum ſub judice eſt) cúm aliud ratio poſtulare, aliud uſus obtinuiſſe videatur. Jacobus Sylvius, errorem qui in ſcribendo committeretur, quippe cúm voci ſcriptura non reſponderet, primus animaduertit, huicque malo remedium, ſculptis á Roberto Stephano characteribus & figuris adferre voluit. Sed & Lodoicus Megretius, etſi non omnibus quod ipſe ſibi propoſuiſſet perſuaſerit, in tollendo vulgaris ſcripturæ errore diu multumque deſudavit, ejuſque in conformanda patriæ ſuæ lingua, induſtria á bonis omnibus approbatur. Jacobus Pel-

leterius

leterius acuté ſubtiliterque hanc reformandæ ſcripturæ cauſſam ſequutus, nõ characteres quidem ſed conſilium Sylvii & Megretii tutatus eſt. Ianus Antonius Bajſius inter poetas Francicos nobiliſſimus, hãc emendatæ ſcripturæ rationem validiſſimis argumentis evicit, fereque perſuaſit. Gulielmus des Autels adverſus Megretium pro uſitata receptaque ſcribendi conſuetudine acerrimé depugnavit. Qui omnes ut aliquid effecerint, iis tamen ita P. RAMVS antecellit, ut legitimam ſcribendi loquendique Francicé rationem, ſi inveteratum uſum (quod quidem difficillimum eſt) infregiſſet, pené ſolus videatur inveniſſe. Sed adverſus præpoſteram hanc ſcribendi conſuetudinem Francos admonebimus, Francicam linguam, in ſingulis li-

teris proferendis, quibuſdam etiam puræ Francicis, iiſque partim vocalibus *æ*, *ɛ*, *8*, partim conſonis, *ç*, *ȥ*, *ł*, *ñ*: diphthongis omnibus multó planius quam Græci aut Latini enunciandis: efferendaque cujuſvis ſyllabæ longæ breviſve quantitate, eſſe ſuaviſſimam: ſcripturam tamen nimis agreſtem & ruſticam eſſe aſſeverabimus, ut quæ poteſtate literarum abutatur impenſius, modó ſeparatim, ut *y* pro *i*: *s*, *t*, *c*, *g*: pro *z*, *s*, *y*: modó conjunctim, aggregatis contra ſuam naturam *au*, *eu*, *ou*, pro ſimplicibus ſonis *æ*, *ɛ*, *8*, in primíſque *ch*, *ill*, *ign*, pro *ç*, *ł*, *ñ*, itemque *cqu*, *gu*, pro *K*, *g*, ut ſcriptura hæc horribilis ſit & prodigioſa ſermonis imago: adeó ut pueri, feminæ, extranei, etymologicis noſtris rationibus videlicet deſtituti, perce-

percepta intellectaque literarum noſtrarum poteſtate, libros noſtros legere nequeant: audiamuſque ab illis literas eo tandem inventas eſſe, ut voces ipſas ſignificent & exprimant: ſed hîc contra plané evenire, ſignaque é rebus ipſis ſignatis eſſe metienda. Itaque cúm ſigna res quibus ſignificandis ſunt impoſita declarabunt, tum hac calumnia liberi ſolutique erimus, ſcripturaque noſtra infantibus, mulierculis, exteriſque hominibus erit faciliima: quin & legitima literarum pronunciatio Græcæ Latinæque linguæ, (quód genuinum é lingua noſtra literarum ſonum adferemus) non parúm inſerviet, & ſi quid inter illas interſit, ut in U Gallico ſtatim intelligetur: immo veró conſervandæ perpetuandæque linguæ Francicæ ra-

tio hæc eſt ſingularis, cúm é chara-
cteribus his, Gallia rurſus ab Italis
Germaniſve (ut aliquando contigit)
occupata, lingua noſtra, non ſecus
ac Latina, Græca, vel etiam Hebręa,
quæ ſolis libris jam continentur, legi
poſſet planiſſimeque intelligi. De-
nique etſi populo in ſuam linguam
jus omne imperiumque tribuamus,
ſcribendi tamen ratio Grammaticis
ſemper, qui eam via rationeque con-
formarent permiſſa eſt, deceretque
profectó ingenuas liberaleſque ar-
tes, ingenua, pauloque liberaliori
ſcriptura exornari. Cæterum, Le-
ctor, ut, præter ea quæ Principi illu-
luſtriſſimo dedimus inſtituti noſtri
ratio tibi conſtet, ſic habeto, me
(quandoquidem CAROLI A
CASTELLETO Domini mei li-
beralitate, honeſto hoc ingenuoque
otio

otio fruor,) in gratiam Germanorum potiſſimúm, hoc quidquid eſt operis, in primiſque hortatu doctiſſimi modeſtiſſimique viri D. Joannis Jacobi Vitellio Germani, nobilium magnæque ſpei Adoleſcentum Georgii á Wiltperg, & Joannis Theodorici Waltpott á Baſſenhejm Metropolitanæ Eccleſiæ Moguntinæ Canonicorum, præceptoris diligentiſſimi, & D. Joannis in Rodenſtejn nobilis item Germani, ſuſcepiſſe. Qua in re quæ é Rami variis lucubrationibus convenire putavi, ea, ut ingenué fatear, (quandoquidem & hoc ex illius operib. eſſet) huc transtuli. Sed propter nundinas Francfordienſes temporis anguſtiis ita arctatus ſum, ut ſcholiorum hîc quicquid ineſt bis ſcribere non licuerit. Itaque ſi quid erit quod minús ela-

boratum, minúſque accuratum videri poſſit, (erunt autem permulta procul dubio) ſpero te lector, vti æquum rerum æſtimatorem decet, æqui bonique conſulturum.

Vale igitur Lector
& fruere.

IN

IN ZOILUM.

Zoile Grammaticas dicis nos ludere nugas,
Quin alii Auguſto ludere menſe ſolent.

Ad Scriptores Gallos.

Eſt Galle iſte tibi prorſus frugis liber expers?
Deſine, non liber eſt editus iſte tibi.
Ergo num pudeat (te judice) Pantaleontem
Efficere ut capiant Gallica verba alii?
Hoc da, ſi tua ſcripta cupis ſub luce videri
Pluribus hinc laudis plus tibi judicibus.

I. Maimbourg.

AUX FRANÇOYS.

Les vieus Gaullois auoient tous Arts en leur langage,
Mais Dis, l'un de leurs Dieus (qui riche tient couuerts
Sous les obſcures nuits mille treſors diuers)
Aus chams Elyſiens retint des Arts l'uſage.
Il falloit donq' auoir, pour la bas penetrer,
Les rappeler, les faire en l'air Gaullois rentrer
Ce Rameau d'or, par eux redorant tout noſtre age.

JODELLE.

Veteres Galli habuere omnes artes ſua lingua,
Verum Dis unus ex ipſorum Diis (qui dives tenet opertos
Sub obſcuris noctibus mille theſauros varios)
In campis Elyſiis ſibi ſervavit Artium uſum.
Oportuit igitur habere, ad eó penetrandum
Eas revocandum, & in aëra Gallicum reducendum
RAMUM *hunc aureum, per ipſas rurſus inaurantem noſtrum ſeculum.*

In Gram. Latino-Francicam P. Thevenini, Jo. Jacobus Vitellio.

Francorum linguam ſuavem lateque patentem
Scribere qui tentas atque ſonare bene;
Grammaticā hāc ſummi Rami ſub ſole Sophorū
Sæpius attento perlegito ingenio.
Quā tibi, poſt multos homines quoque captus amore
Socratico, Latiam, dat modó Pantaleon.
Perfecta eſt cunctis numeris & partibus artis,
Divina methodo, perfacili atque brevi:
Centones ſuperans reliquorū Grammaticorum,
Mœſta arbor quantum lenta viurna ſolent.

Ægidii

Ægidii Thevevini in fratris Gramm. epigramma.

Appius ut Romæ formas conflarat agendi
Conſultis tantúm quæ patuere viris;
Grammaticam Ramus divina ſcripſerat arte
Sed Francis ſolum quæ ſit aperta viris.
Surreptum illius populo ſed ſcriba libellum
Tradidit, hujus uti Francica nota facis.
Ergo velut ſummos illinc eſt nactus honores
Flavius, æternum ſic decus inde capis.

Joannis Ruyrii Chermenſis in eandem epigramma.

Quiſquis ad Heſperidū căpos cognoſcere greſſus
Exoptas, audi quæ Theveninus habet.
Non vulgare opus eſt, ſed quod mirabere, multis
Stemmatibus prodit concitus iſte liber.
Claudius hinc Druſus Cæſar τρία γράμματα γράφων,
Non puduit ſeſe dicere Grammaticum.
Tu docta Thevenine manu quæ Francica Ramus
Grammaticæ ſcripſit, verba Latina facis.
Sic patriæ decus omne paras. Lotharingia plaudet,
Excipiens celebri nomen honore tuum.

IN COGNATI GRAM.

Joan. Pariſotus.

Princeps qui Metis divino munere Præſul
Nobile conjunxit cum pietate genus;
Ipſa tuæ patriæ jam jam florentis imago
Inſano prope tu cujus amore furis,
Germani (ſed enim cui non conſtantis cordi?)
Gallica verba quibus diſcere cura fuit.
Ramus, cujus amor tantùm tibi creſcit in horas,
Quantùm præ reliquis unicus ille ſapit.
Quatuor iſta tibi juſſere hoc menſe Latinam
Francica quæ fuerat ſcribere Grammaticam.

GRAMMATICÆ LATINO-FRANCICÆ LIBER I.

Cap. I. *De Vocalibus.*

GRAMMATICA Francica, ars eſt bene Francicé loquendi. Francicam dum dico, Gallicam etiam intelligi velim: tametſi enim tũ Franci, tum Romani infinitam propemodum non modó verborum, verumetiam locutionũ multitudinem nobis invexerint, adeó ut idioma noſtrum, modó Romanum, modó Francicum appellari conſueverit. Gallica tamen Grammatica, in numeris nominumq; caſibus, in perſonis verborum ac inflexionibus, in extrema vocum ſingularum terminatione, in ipſa denique orationis ſerie & ſtructura integra nobis eſt: & quicquid exteri in Galliam importarint, Galli gallica ratione deflexerunt, ſuoque idiomati accommodarunt, ut nos neq; Latiné neque Romané loqui liquidó conſtet, neque etiam Francicé,

ut ex Francica Evangeliorum Beati Rhenani verſione ſatis licet intelligi. Grammaticæ Francicæ, ut cujuſvis alterius, ſi modó via rationeque diſponatur, partes duæ ſunt, Etymologia & Syntaxis.

Proſodia & Orthog. per totā Gram. ut ſanguis & ſpiritus per universum corpus fuſa ſūt Ram. 2. Schol. Gram.

*Etymologia prior illa pars eſt Grammaticæ, quæ literarum, ſyllabarum, vocumq; adeó ſingularū proprietates interpretatur: Itaque quemadmodum literæ & ſyllabæ, ad dictionem, ut quæ ipſam componant, pertinent: ita Orthographia & Proſodia (receptæ paſſim Grammaticæ partes) ad Etymologiam revocantur. Litera eſt in ſyllaba ſonus individuus, uti in hoc vocabulo *bon*, bonus ſive bonum, tres ſunt literæ, *b, o, n*. Literarum proſodia, orthographiaq; ex ipſarum poteſtate & forma percipitur.

De Inventoribus literarum vide Ram. 2. Schol. Gram.

Literæ porró aut vocales ſunt aut conſonantes. Vocalis eſt litera quæ per ſe ſyllabam poteſt efficere, eſtque diducta aut contracta. Diducta fit ore diducto, lingua ad palatum ſubducta, ſuntq; ſeptem *a ω ę e ℓ ei*. *A*, Francis, cum Græcis & Latinis prorſus eadē eſt. *A ω*, duabus literis in unam, quemadmodū ſonus unicus eſt, coaleſcentibus, paſſim pro diphthongo habetur, uti hiſce in vocabulis *ωtre fωte* aliud, erratum: cúm revera unicus ſit character prorſus gallicus, Græcis & Latinis ignotus.

De diviſione literarū vide Platonem in Philebo.

Ε ę á priſcis *e* minutum, *l'e menu:* a recentioribus *e* femininum, *e* breve, *e* clauſum appellatur, *l'e fæminin, l'e bref, l'e clos*, ut in extremis harum dictionum literis: *Pere ſage, Mere ſote,*

pater

pater ſapiens, mater fatua. *E é* Græcorum literæ *η*, Eta, prola[illegible]one reſpondet, diciturq; á nobis *e* maſculinum, longum, apertum, *l'e maſculin*, *l'e long*, *l'e ouuert*, ut in his vocibus *Mes*, *tes*, *ſes*, uti dum efferimus *Mes biens*, *tes biens*, *ſes biens*, mea bona, tua, ſua &c. aliquantum enim producitur illud *e*, quã prolationis moram ut ſignificemus, ipſi *e* conſonantem præponimus, præpoſtereq; ſcribimus *deſcouurir eſleuer* (exempli cauſa) pro eo quod legitimé ſcriberetur, *découurir*, *éleuer*, aperire, extollere. *E e* ſonus eſt quidã inter duas illas vocales medius, modó brevis, modó longus, qualis in ultimis horum vocabulorum literis, *aymé traité*, amatus, tractatus: in quibus eſt productus: aut in horum penultimis, *Aymer*, *traiter*, amare, tractare; in quibus eſt correptus. Atq; hę tres quidem vocales ita diſtinguuntur, uti ex pictura apparet, ut *ȩ* femininum quidẽ inferiús maſculinum veró ſuperiús hamatũ ſit, tertii veró generis e, nudum, tanquam mediæ cujuſdam inter illa naturæ relinquatur, ut in his vocibus gallicis, *Fermȩté*, *Onneȩte*, firmitas, honeſtas, perſpici licet. *Eu eu* ſonus eſt duabus vocalibus in unam ipſo naturali & inſito prolationis ſono (ut & in *au* diximus) conſpirantibus, unde & diphthongus habita eſt, ut in his, *Peur*, *meur*, *ſeur*, metus, maturus, ſecurus ſive tutus: *eureu*, *maleureu*, felix, infelix. *I i* á Græcorũ jota & *i* Latino nihil prorſus diſſidet. Contracta vocalis fit

contracto ore & lingua in oris ſolū depreſſa, quales nobis ſunt tres, *o*, * *ȣ*, *u*. é quib. *o* ſonat orbe pleniore, qualis eſt in prima tertiaque hujus vocis litera, *Obole*, obolum. *ȣ* ſonus eſt quem per *ou* abuſivé ſcribere conſuevimus; ſonus enim eſt Francis, quemadmodum de *ω* & *eı* diximus, individuus, & quidem Latinis olim, ut & exteris etiamnū nationib. Italis, Hiſpanis, Anglis, Alemannis ſimplici etiam charactere *u* uſitatiſſimus: quod idem veteribus Gallis uſu veniſſe vel hinc ſuſpicari licet, quód Latina iſta vocabula, bucca, culter, dulcis, fulgur, guloſus, jugū, lupus, multū, nutrix, pulſus, ruber, ſub, turris, ita efferamus, ut quæ nobis per *ou* ſcripta ſunt, *bouche, cousteau, doux, foudre, goulu, Joug, Loup, moult, Nourrice, Poulsé, Rouge, Soubs, Tours.* * U Vocalis illa eſt quam á Germanis contreminiſq; nationibus *u* Gallicum audimus appellari, propterea quód Galli inter tot nationes ſoli id poſtremam vocalium exprimendum hoc utantur charactere. Eſt veró ſonus hic quē veteres Græci & Latini omnes litera *y* expreſſerunt, ut ipſum *y* pro vocali *i* uſurpare, quod feré conſuevimus, error ſit valde imperitus. Atq; hoc pacto hæ nobis ſunt vocales

De ȣ Vide elegantiſſimū locum P. Rami 2. Scholarū ubi u, idē eſſe quod ȣ Latinis oſtēdit.

Ram. 2. Schol. Gram. Purrhū (ait Cic. in Oratore) ſemper Ennius, nuſquam Pyrrhū hinc cognatio inter y & u ſatis intelligitur.

A	*a*	*Amant, ardant:* Amans, ardens.
Aɩ	*ω*	*Aɩtel, ſωt, fωt*: altare, ſalt⁹, oportet.
Ȩ	*ȩ*	*Ȩω, roſȩ*: Stillatitius roſarū liquor.
É	*é*	*chanté, nauré*: cantatus, vulneratus.
È	*è*	*Èpes, ènfer*: Spiſſus, infernus.

Eı

Ɛ	ɛ	*Ɛrɛ, ɛrɛzɛ:*	hora, beata.
Ɉ	i	*Ɉſſir, tiſſir:*	egredi, texere.
O	o	*Obole, oppoζons:*	obolũ, opponim⁹.
ȣ	ȣ	*ȣtrɛ, Kȣvvȣs:*	cultra, Ira.
U	u	*Uzurɛ, rupturɛ:*	uſura, ruptura.

ANNOTATIONES ad Cap. I.

Francicam dum dico, Gallicam] Galliarum nomine quid veniat ſatis intelligi licet é Cæſare, ſtatim initio primi de bello Gallico. Franci veró ſive Francones Germaniæ ſunt populi, qui á meridie Suevos & Bavaros habẽt, ab occaſu Rhenum, ab ortu Boemos. Ptolem. Vide Cic. ad Atticum lib. 14. Nunc certé Gallia ipſa, Francia appellatur: ſed occidentalis, cúm illa orientalis ſeu Germanica (nunc Franconia) nominetur. *Tum Romani*] Hinc illæ voces ſunt *les Vieux Romans, le Romant d'Amadis, de la belle Helene,* hoc eſt ficta Amadis & Helenæ hiſtoria: tractum á Romanis qui dum victore Julio Cæſare Gallis imperitarent, eorum linguam nõ parúm immutarunt. Vide Glareanũ in Annotationibus ad Cæſaris commentarios. *Evangeliorum Beati Rhenani*] Francica illa verſio nullo pacto á noſtris intelligitur: Itaq; cúm Franci é Germania ſint oriundi, & Germanis tot annos imperarint, ſatis conſtat Francicam linguã fuiſſe Germanicam, quod & Glareanus, loco iam á nobis citato apertiſſimé docet. **Viaratione q;*] hoc eſt methodo, quæ in tradendis artibus & diſciplinis á ſummo genere, per interjecta ſive ὑπάλληλα ad imas uſque formas, analytica docendi ratione unica eſt, á P. Ramo cúm Scholis variis, tum accuratiſſima trium artium conformatione illuſtrata. *A duabus literis*] Tres literas hîc P. Ramus ɛ ɛı ȣ ſub jugum diphthongorũ longa conſuetudine miſſas, in libertatem literarum ſubtiliter liberali manu aſſerit, quæ cúm linguæ Gallicæ multis in rebus aliis ornamento eſſe

Vide expoſitionē Oſſati in diſputationem Carpētarii de Methodo: &

Talæi in cap. de Methodo Dialecticæ Rami *Vide Plat. in Philebo & Cicerone* 1. *de Orat.*

poſſunt,tum in eo vel maximé quód triphthongorũ obſcœnitatẽ *αυ,Εω ιει*,é medio tollunt. Atq; utinam nobis,ut cum Martiale loquar, liceret eſſe tam beatis,ut quæ ille vir in pervidendis linguæ noſtræ arcanis acutiſſimus,ſapientiſſimé excogitavit,ab omnibus tam libenti animo reciperentur, quám faſtidiosé vulgó cõtemnuntur,fieret profectó, ut linguæ per ſe ſuavis & jucundiſſimæ,multó lautior eſſet,multoq; nobilior ſupellex. Sed ô ſeclum inſipiens & infacetum. *E, ę á priſcis e minutum*] Diſtinctio triplicis *e* Francicé diſcere cupientibus maximi momenti eſſe debet, ut maſculinum á feminino, & mediũ ab utroque norint diſcernere, cúm præſertim hamata uncinataq; in vulgatis francicis noſtris libris eſſe nõ ſoleant. In *e* feminino quidem Pilotus & Sylvius cum P.Ramo conveniunt, niſi quód Sylvius accentu gravi illud notandum eſſe putavit, hoc pacto, *gratià Gracè:* quod veró P.Ramus medium *e* veriſſimé dixit,iſti maſculinum eſſe cenſent,illudq; accentu acuto deſignant, *charité* charitas, *aymé* amatus: & quod Ramo medium eſt,iſtis eſt maſculinum,hocq; pacto Sylvius notat amate *aymès*, Pilotus gallicum appellat caudatumq; (ut ille loquitur) diphthongi in morem efficit hoc pacto *fenęſtre* feneſtra, *auprąs* propé,&c. Nos certé in vulgatis noſtris libris accentum iſtum gravem veruq; Sylvii,& Piloti caudam non agnoſcimus,acutumq; tantummodo,idque in fine ſolúm,ut in his, *aymé,tiré*,amatus,tractus, retinemus.

Vide eundẽ lib.2. Schol. Gram. ubi hæc attingit.

Græcorum litera Eta] Niſi fortaſſe á Gallorum Druidis ad Græcos, iſtos characteres perveniſſe malis contendere.Qua de re nobilis eſt diſputatio in lib. P.Rami de Moribus veterum Gallorum ubi de Prudentia diſſeritur.Quin & Cæſar lib. I. In caſtris Helvetiorum (inquit) tabulæ repertæ ſunt literis græcis confectæ.Idemq; lib.6. græcos fuiſſe characteres nõ obſcuré innuit.Diſciplinas (ait)nefas eſſe exiſtimant literis mandari, cúm in reliquis ferérebus publicis privatiſq; rationibus græcis utantur literis. Quas veró ibi Cæſar literas græcas appellat, gallicas dicendas eſſe

das eſſe P.Ram.loco citato evidentiſſimis rationibus evincit.Et quidem id apud Varronem lib. de lingua Latina 7 ſignificatur.Nam cúm Crates Græcus quęſtionem grammaticam in Græcia agitaret, quæreretq; cur non diceretur Alpha alphatos,reſponderũt alii Græci Grammatici: Hæc non ſunt noſtra vocabula ſed penitus barbara.Hîc igitur nota Græcorum confeſſio eſt non has ipſorum, ſed Gallorum potiús eſſe literas, ut Ariſtoteles in Magico veré confeſſus ſit, philoſophiam á Celtarum Semnothëis initium cœpiſſe,& Galliam deniq; Græciæ magiſtram fuiſſe.

Præpoſtereq; ſcribimus deſcouurir] Hoc vitium nonnulli animadvertentes,prolationis moram, non conſonante præfixa jam,ſed accentu acuto hac notant ratione,*decouurir,eſcuer*: itidem faciunt in hiſce vocabulis,*bâtir,hâter*,ædificare, feſtinare, pro eo quod *baſtir,haſter*, vulgó ſcriberetur. *Ȣ ſonus eſt*] Characteris hujus figura licét á Græcis petita ſit,nobis tamen duarum vocalium in unam abbreviationem,quemadmodum illis,non ſignificat, ſed unum ſimplicemq, ſonum & literam in quibuſdam vocabulis etiam brevem,uti in his,*mourir,courir*, mori, currere. *Vt ipſum y*] *Y* & *Z* receptæ ſolummodo ſunt cauſſa nominum græcorum aut á Græcis ortorum,ſi Fabio Priſciano & reliquæ Grammaticorum turbæ credimus,ait Sylvius: at veró P.Ram. *y* *penitus ſummovit,& *z* ubicunq; opus fuit,retinuit. Vide Scholas ejus Grammaticas. Vide omnino Quintil. ubi de *z* & *y* præcipit lib. 12.

De y ejuſque ſono 2. Schol. Gram.

Cap. 2. *De Semivocalibus liquidis.*

EXPLICATIS vocalibus conſequens eſt ut de conſonantibus videamus. Conſona eſt litera quæ cum vocali tantúm ſonare poteſt, eſtque Semivocalis aut muta. Semi-

vocalis quæ ſonum tanquam vocalis dimi-diũ efficit: ea effertur præpoſita, iuxta ſuam poteſtatem, e vocali, eſtq; liquida aut firma. Liquida diductis labris inſtar primarum vocalium profertur, ejuſq; ſonus emollitur aliquando & tanquam liqueſcit, unde & liquida appellatur. Ejuſmodi ſunt quæ à Græcis Lambda, My, Ny, Ro, Sigma; à Latinis *El*, *Em*, *En*, *Er*, *Eſ*, vocitantur. L initio firma eſt, ut dum dicimus *La*, *Le*, *Li*, *Lo*, *Lu*, in medio liqueſcit, quemadmodum in his vocabulis, *fueillet*, *douillet*, foliũ, delicatus, apparet facillimé. in quibus tribus literis *ill* vis adfertur ad ſignificandum liquorem qui Lambdacio tanquam molliori quodã hac *L* ratione *fel̨et dul̨et* meliús exprimeretur. Iſta ſcribendi ratio, *oultre*, *peult*, *moult*, ultra, poteſt, multum, ubi *l* nullatenus profertur, ſuã ſatis prodit ineptiam, atque proinde funditus pené jam exolevit. *M* ſyllabæ initio firma eſt, ut *Marie Martyr*, in fine liquida, ut *nom*, *bam*, nomen, bannum. *N* ſimiliter initio & fine firma eſt, ut *nennin* nõ; ſed in medio interdũ liqueſcit, ut in his, *compaignon*, *Eſpaignol*, ſocius, Hiſpanus, quod litera *n̨* (*nyon ſeu Nuon*, tanquam minutius *n* appellare poſſis) hoc pacto, *compan̨on*, *eſpan̨ol*, aptiús efficeretur. *R* firma initio, ut ſi dicamus, *ra*, *re*, *ri*, *ro*, *ru*; liqueſcit in medio, in his enim *rire*, *rare*, ridere, rarus, prius *r* firmius eſt, poſterius multúm emollitur. Litera S in his & conſimilibus, *maiſtre*, *meſter*, *maſte*,

oſter,

oſter,*ſouſtenir*, magiſter, miſcere, mas, auferre,ſuſtinere,prodigé,ne dicam prodigioſé,abutimur,cúm nullo pacto ſcripta profeiatur. Ea ut & ſuperiores in principio obfirmata,*ſa,ſe,ſi,ſo,ſu*, liqueſcit in medio, præſertim inter vocales, ubi perpetuó degenerat in z, ut in his *raſer*,*puiſer*,*encloſe*,*choſe*, radere,haurire,incluſa,res. Animadvertitur & in hac litera liquor duplex alius, prior eſt in his in quib. ſcribimus *ch*, ut *chapitre*,*chere*,*chiche*,*choſe*,caput ſive capitulum, chara, parca,res. *Sigmatiō enim ejuſmodi ç ad eū liquorem exprimendū ſi adhiberemus, nec his literis *ch*,quarum eadem quæ *Kh* natura eſt,tantopere abuteremur,nec rem ab Hebræorum orthographia abhorrentem faceremus,qui literā ejuſmodi *S,in* ſive *Chin* appellant: & pleroſq; in lingua latina imitaremur,qui non jam Ciceronem tanquam Siſeronem,ſed tanquā Chicheronem aliaq; ejuſmodi pronuntiant. Alter liquor in iis eſt quæ per z ſcribimus,*zizanie*,zizania,& ſimilibus: literam eam *zet* tanquam á majoribus ſub nomine zeta Græcis traditam, & ad nos inde quaſi poſtliminio reverſam appellamus. *C*, & *T* pro *S* aliquando abutimur,ut *leçon*,*françois*,*admonition*,*partialite*, lectio, Francus & Franciſcus, admonitio, factio: & ipſo *ſ* pro z,ut in ſuperioribus, *raſer*,*puiſer*; in quibus, *razer*,*puizer*, ſcribendum eſſet, ſuum quaq; ſonum dictione obtinente: nec gemino *ſſ* opus eſſet in his dictionibus, *meſ-*

42. Euphraæorū millia quod Siboletz pro Ciboletz proferrēt S ſcilicet pro chin uſurpātes, pro extraneis intercepti occiſiq; ſunt.

ſager,amaſſer, nuncius colligere, in quibus unicum ſidem prorſus efficeret. Sed de Semivocalibus liquidis ſatis.

Sigma *E'ſS ſs Salut,aſωt:*ſalus,inſultus.

Sigmatiõ *e'ç C̦ ç C̦e'rç,C̦oze:* chara,res.

Zeta *e'z Z z Muzart,(ωzer:*ceſſator,loquax.

Ro *E'r R,r Rire,rare:* ridere, rarum.

Lambda *E'lL l Laue,elite:* lotus,electa.

Lambdaciõ *E'l̦ L̦ l̦ Dɤl̦et,fel̦et:*delicatus,folium.

Mu *E'm M m Mon,nom:*Meum,nomen.

Nu *E'n N n Nanin,non:* minime,non.

Nuon *E'n̦ N̦ n̦ C̦ampan̦e,Bretan̦e:*Campania, (Britannia.

ANNOTATIONES
ad Cap. II.

ALIUM ordinem in expoſitione ſemivocalium toto cap.2.obſervavimus,diximuſq; ex recepta vulgó conſuetudine *l,m,n,r,ſ,*alium in elencho á P. Ramo videlicet præſcriptum : ſed res eódem redit : quamquam Scholarum Gramm. 2. Terentiani Priſciani Quintilianiq; teſtimoniis,*S* conſonantium primam, *R* & *L* illi proximé comites,eſſe convincit. ***In medio liqueſcit***]Hac de re P. Ramus 2. Schol. Gramm. hoc pacto. *L* litera (ait ibi) triplicem ſonum habere Plinio apud Priſcianum videtur, exilem, quando geminatur,ſecundo loco poſita,ut ille, Metellus, plenũ ut in his,Sol,ſilva,flavus:medium ut hîc,Lectus,lecta, lectum. Atqui præter hunc triplicem ſonum liquor vernacula lingua ſentitur,qualẽ ſentimus cúm Francicé dicimus, delicatum, foliũ* ***douillet fueillet***, ubi tribus integris literis barbaré admodum utimur ad dimidium unius ſonum declarandum. ***In fine liquida eſt ut nombam***] Hinc Ramus loco citato. Certé Franci pronuntiamus in medio & fine literam hanc pené oppreſſam,ore aperto cum dicimus, ***tumbe,***

Hoc & Pilotus ubi loquitur de L animadvertit.

be, tumba, bam &c. & ſic latinas voces *ambo, dominam* ſonamus. Vide Capellam. Quintilianum lib. 9. & 12. Priſcianum lib. 1. *Nanin non*] Vide Quintil. lib. 12. qui hujus literæ in fine tinnientis jucunditatē in Græca lingua admiratur & ſuſpicit. *Ut in his compagnon*] Hinc & illud Rami eſt eodem *z* Schol. Sed tamen (ait) præter illam literæ *N* in fine lenitatē, liquor eſt quidam in noſtro vernaculo ſermone cúm dicimus, Hiſpanum, ſocium, *Eſpaignol, compaignon*, ubi tribus literis integris, dimidiatum unius ſonum tali barbariſmo ſcribimus, quali antea tertiæ ſemivocalis dimidiatum ſonum expreſſimus *fueiller, doeiller*. De hoc liquore hoc pacto Pilotus in litera *G*. Aliam quoque vim habet (ait) litera *g* inter ipſum & vocalem interiecto *N*, ut *Alemaigne Alemannia Vergongne* pudor &c. & hoc exprimere Germanis eſt difficillimum. Quod ego ſæpe magna cum animi voluptate in doctiſſimo illo Jo. Jacob. BURRERO humanarum Græcarumque literarum Friburgi Briſgojæ profeſſore clariſſimo hoſpite quondã meo, linguæq; Francicæ ſtudioſiſſimo in verbo *Eſpagnol*, quod, ac ſi eſſet *Eſpanjol* efferebat, ſum expertus. Errant autem hîc præcipué Germani (inquit Pilotus) quod *G* trahunt ad præcedentem ſyllabam, hoc pacto, *Alemag-ne* nos veró ad ſequentē, ſic *Alema-gne*. Sed limam Rami in ipſo *Nuon n*, habemus. **Ea in principio obfirmata*] Ramus ibidem. Hæc Semivocalis (ait) duplicem ſoni differentiam apud Francos habet: primus eſt qui Latiné profertur in *ſa, ſe, ſi ſo. ſu. ſy*: Secundus eſt ſonus ſibili tanquam dimidiati quem vulgó per *z* ſcribim⁹, abuſi charactere Græco qui duplicatum ſonum ipſius ſigma Græcis ſignificat. Liquor iſte Germanis valdé familiaris eſt, & ſalus, ſatis, proferunt, ut Franci *Zalus zatis* proferrent. Eſt veró *S* ſerpentis litera, ut *R* canis, vel Perſio teſte Satyr. 1.

—ſonat hic de nare canina
Litera———

horrificum & tremulum ſonum habet (inquit Pilotus) & cujus impetum vix ferunt aures gallicæ, ſed

Jo. Jacob. Burrer.

Hic magno illi Glareano in profeſſione ſucceſſit.

Vide Pilotũ in litera T.

hujus aſperitatem ſuaviori ſono literæ *S* demulcent, præſertim illæ molliores atque delicatiores Pariſinæ mulierculæ, dicunt enim pro *mere, meze*, pro *Pere, peze*, &c. Sed quid dicet Pilotus, cúm eas tam frequenter intelligere potuerit, ſibilum ipſius *ſ* in gratam quandam literæ* *r* aſperitatem commutantes, dum nimirum pro *mon Couſin, mon Courin*, meus cognatus: *mon Voiſin, mon Voirin*, meus vicinus, proferunt?

*Vide] Papan 3. Notario cap. de Orthographia.

Cap. 3. *De Semivocalibus firmis.*

SEMIVOCALES firmæ contractis labris inſtar ſecundarum vocalium efferuntur, & immutabilem ſonum habent, unde & firmæ dicuntur. Ex his prima ſonus eſt qui in prioribus harum dictionnm ſyllabis *Jamais Jetter Joſias Jurer*: nunquam, projicere, Ioſias Iurare, profertur: quæ ab Hebræis *Jod* eſt appellata. Altera ſonus eſt itidẽ in prioribus harum vocum ſyllabis *Vacation, vertu viſte, voſtre, vuide*, vacatio, virtus, citus, veſter, vacuus. Varro Romanorum undecunque doctiſſimus hanc literam *vau* juxta ipſius vim & poteſtatem appellavit. Tertia eſt *F* Gallis cum Latinis plané conſentiens ut *fa fe, fi fo, fu.* Quarta denique *Ha* ut recté à Germanis dicitur, non bene à Gallis *Ache*. Ea Francis reſpirationis nota non eſt, ut Latinis, ac proinde Apoſtrophũ, ubi veré ſcribi debet, non admittit, ſed ſemivocalis eſt ſemper firma, tantúmque vocalibus præfixa, ut *hallebarde, herſe, hideux, honteux*, lancea, oc-

cea,occa,deformis,verecundus: ac proptereа perperam iis locis,in quibus nunquã profertur,adhiberi ſolet, ut in his *heritier*, *heure*,*homme*, hæres,hora, homo: qui error in noſtris libris eſt vulgatiſſimus. Atque hoc quidem pacto ſemivocales firmæ quatuor nobis erunt.

Jod J, j *Jujube* Ziziphá ſeu poma Sytica
Vau V, v, *Vivre* Vivere.
E'f F,f *Forfaict* Erratum
Ha H, h, *Hale honte* Solis ardor, Pudor.

ANNOTATIONES ad Cap. III.

Ex his prima] Vulgatum eſt apud nos *i* & *u* præfixas vocalibus in conſonantes tranſire, quod dum fieret hac eas figura pingere Sylvio viſum eſt *i-u-*. Eodem enim nomine & charactere vocalem & conſonantem appellare & ſcribere, ut Latini nominarũt & ſcripſerũt, logica nulla fuit inquit Ramus 2. Schol. Eas itaq; Hebræorum exemplo J*od* & *Vau* appellavit, figuraſque ab ipſis vocalibus diſtinctas J & *V* attribuit. Jampridem figuram U Hiſpanis neſcio quis dederat, Franciæ certé noſtro ſeculo, Lodoicus Megretius, cujus in conformanda gentis ſuæ lingua induſtriam omnes docti laudant, utendam propoſuit. Germani utramque rudiuſculé pronuntiant, in J*od* enim largiorem ſonum emittunt, & plus æquo primores dentes reſerant: atq; hæc exẽpli cauſſa j*alouſie* j*euneſſe* j*o*V*er* Zelotypia juventus ludere, ac ſi ita ſcriberentur *ſchalouſie*, *ſcheuneſſe* *ſcho*V*er* proferũt. *V* veró perpetuó per digamma Æolicum, hoc eſt *F* pronuntiare conſueverunt ut *Folſo*, *fiſo* pro volvo vivo. *Tertia eſt*] Spiritus in hac ſemivocali lenior eſt quám ſit in aſpera φ græcorum litera, ajunt Ca-

Sylvius p. 2. Iſagoges.

pella & Terentianus, quamquam iis lib. 12. diſſentiat Quintilianus, qui in ea re, ut in multis aliis videtur nimium ἑλλωίζειν. Habet autem *F*, ſonum ſono literæ *Vau* perſimilem, quó fit ut Germani alteram pro altera uſurpent ſæpiſſimé: quemadmodum & in *B*, *P*: *D*, *T*: propter mutuam quandam ſoni tanquam cognationem facere conſueverunt. *Francis reſpirationis nota nõ eſt*] Proinde Sylvius p. 1. *H**cur litera non ſit ut Priſciano Capellæ & aliis placet mirum in primis Joanni Pierio Valeriano in Caſtigationibus Virgilianis videri ſolet, cúm definitionem literæ & nomen & figuram & (quod ſummum eſt) poteſtatem obtineat. Joannes Pilotus quidem quadruplex propoſuit, triplex tamen ſolúm notavit 1. *Ache* gallicum ut in his *marcher*, *chercher* incedere, quærere, quæ Germani vehementiori ſpiritu Gallo dictante *marſcher ſcherſcher* ſcriberent, aut ſcripta ſine S ut eſt uſitatum, tanquam eſſet *Kerker Marker* legerent. 2 *Ha* Germanicum ut in his *honte*, *harquebouſe* pudor, bombarda. Tertium deniq; quod mutum appellat, propterea quia ſcriptum non proferatur, quemadmodum in his *honneur*, *heur*, *homme*, honos, felicitas, homo, quod Ramus & meritó irriſit.

* *Vide nobilē hac dere diſputationem apud Ramū ſub finē 2. Schol. Gram.*

Cap. 4. *De Mutis.*

MUTA eſt conſona quæ ſola dumtaxat conatum quendam mutit. Mutæ é ſua poteſtate, poſtpoſito *e* nomē habent, ſuntq; etiam apertæ aut clauſæ: Apertæ ſunt quę labris apertis mutiunt exiliús, partim dentibus, partim palato: Dentibus ut *Tau* & *Delta*: palato ut *Kappa* & *Gamma*. Clauſæ ut *Beta* & *Pi* atq; hæ appellationes gallicæ olim fuerunt à Latinis certé *Te* & *De*, *Ce* & *Ge*, *Be* & *Pe* nominantur. Ex his tres *D*, *B*, *P* in idiomate gallico, ſonum, ut in *Da*, *De*, *Di*,

Do,

Do,Du: Ba,be,bi,bo,bu:Pa,pe.pi.po,pu ſervarunt genuinum,*T*, *C*,*G* ut plurimúm á nobis corrumpuntur. Primúm quidem *T* pro *S*, inter duas vocales abutimur, atque *Gratian Condition* Gratianus, Conditio, tanquã ſi *Graſian Condiſion* ſcriptum eſſet, proferimus,erroremq; evanida neſcio qua Etymologiarum ratione defendimus: quaſi veró Francicé loquendi rationem,é Gymnaſiis & ſcholis, non é foro, aula, curia, compitis, populoque potiús,penes quem arbitriũ eſt, (ut cum Horatio loquar) & vis & norma loquendi,peti oporteret,ipſique uſum, ſcientiam ſibi cum reſervaſſet,M.Tullius nõ conceſſiſſet.Sed abuſus in literis *C* & *G* ante vocales *e* & *i* pro *S* & *Iod* eſt multó major. Hęc enim exempli cauſſa, *Cecy*,*cela*, *Age*, *Gile*, hoc,illud,ætas,Ægidius,& ſimilia ita pronũtiamus ut ſi,*Seſi*,*Sela*,*Aje*,*Jile*, ſcriptũ eſſet: cúm tamẽ *c* & *g*,ante *e* & *i*, ſonum eundem, quem ante *a*,*o*,*u*,debuiſſent obtinere. Sed quid de abuſu earundem ante alias vocales proferemus? Hæc enim *commença*,*leçon*,*reçut*,*bourgois*,*bourgon*, cœpit, lectio, recepit, civis, germen, ſic efferimus quaſi pingeremus *commenſa*,*leſon*,*reſut*,*bourjois*, *bourjon*, quod ut excuſemus, *e* quod nunquam profertur, errorem videlicet errore cumulantes, interponimus, hoc pacto, *commencea*, *commenceons*,incipiamus, *recent*, *changeons* mutemus *Iugeons*, judicemus *bourgeois*, *bourgeon*, *dongeon* arx. Præterea literam *g*

extremis quibuſdam ſyllabis inutiliter appingimꝰ, ut in *teſmoing, ſoing, coing* teſtis, cura, cuneus, propterea videlicet quód ſcribamus *teſmoigner, ſoigner, coigner*, teſtificari, curare, tundere. Verumenimvero bella hæc etymologica ratio erroremne excuſabit quẽ ſcribendo *vng*, pro *vn*, unus vel unum, committimus? Id fit (autumabit aliquis) ne, *vn*, ſi ablato *g* pingeretur, ſeptenarii numeri nota, vii, videri poſſit, quaſi veró *n* & *ij*, longé lateq; non diſſiderent. Erroris autem occaſio in *C* & *G* tolleretur, ſi ſublatis é medio *Q* & *C*, tanquam ſuperfluis, quæ vel Latinorum judicio eandem cum *K* ante omnes vocales poteſtatem obtinent, *κ* á Græcis ad nos tanquã poſtliminio reverteretur, & *ka, ke, ki, ko, ku*, pariter in omnibus, pro *ca, que, qui, co, cu*, itemque *ga, ge, gi, go, gu*, pro *ga, gue, gui, go, gu*, diceretur: itemque *Grek, Greke: long, longe*, Græcus, Græca, longus, lõga, (gamma hac ratione figurato *Gg*) ſcriberetur. Porró in ſcriptura character græcus nomine ix nobis unus eſt, pro duabus conſonis *cs, gs, gz*, quo utimur in quibuſdam dictionibus græcis, *Xerces, Xenophon, Expoſer, Exacteur, Exhæreder, exiger*, exponere, exactor, exhæredare, exigere: quemq; etiam in quibuſdam vocibus, juxta ſimplicium literarum, ex quibus coaleſcit, poteſtatẽ, adhibere poſſimus, ut in his *Conionxion Dixion, Lax, Lonx*, quę ſcribimus *Coniunction, Diction, lacs, longs*, conjunctio, dictio, laquei, longi vel longa.

Eam

Eam certé in his & ſimilibus *ennieux, voix, noix*, in quibus ſolum *s* profertur ſatis temere uſurpamus. His ita expenſis & ponderatis, ſex mutæ ita nobis eſſent.

Tau Te, T, t. *Tater, titre:* guſtare, titulus.
Delta De, D, d. *Dedans, Didier:* intrà, Deſiderius.
Kappa Ka, K, k. *Kaketer, Kokiner*, garrire, mẽdicare.
Gãma Ge, G, g. *Gerre, gidon:* bellum, vexillum.
Beta Be, B, b. *Barbe, Borbon:* Barbara, Borbonius.
Pi Pe, P, p. *Pape, pompe:* Papa, pompa.

Atque collectis tandem in unum literis viginti novem numerarentur *A, ω, ę, e, é e i o ȣ u s ç z r l l̨ m n n̨ q v f h t d k g h i* atque unica duplex *x*.

ANNOTATIONES in Cap. IIII.

Primum quidem T *pro* S] Atque hoc eſt quod Pilotus ait *t* aliquando vice *C* ſcribi & proferri, maximé veró in nominibus in *ſon* verbalibus ut *diction* quaſi *diccion* vel *dicſion*. dictio, *exhortation*, pro *exhortaſion*, exhortatio, ſed hanc prępoſteram ſcribendi rationem etymologica occaſione cum aliis ipſe tuetur. *Ut cum Horatio loquar*] Locus inſignis eſt in arte Poetica,

Multa renaſcentur quæ jam cecidere, cadentq́;
Quæ nunc ſunt in honore vocabula ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi.

M. Tullius] Locus eſt in Oratore ad Brutum, Uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi. Vide Ram. ſub finem 2. Schol. Gram. *Sed abuſus*] *C*, aït Pilotus, ante *e, i*, vel *y* profertur ut *S*, ut *cecy voicy commencer*, hoc ecce incipere. Idem aliquando uſuvenit ante *a* & *o*, ſed *c* ſubjecta hoc pacto virgula, ç

tanquam emollitur & ad naturam literæ *S* propiús accedit, ut *ſçauoir, façon*, ſcire, modus &c. *Debuiſſent obtinere*] Hoc Ramus 2. Schol. Gram. p. 41. exemplaris Baſilienſis, clariſſimé demonſtrat, docetq́; proprium ac germanum ipſius *c* ante quaſlibet vocales ſonum eſſe tanquam *Ke* ſcriberetur, non tanquam notetur *Se*. Idem de *G*. pag. 44. oſtendit. Ergo é proxima cognatione *c* & *g* (ait) etiam intelligimus linguæ noſtræ vitium idem eſſe in ſono *g* ante *e* & *i*, quod in *c*: cum ſonus idem ante omnes vocales eſſe debeat, itaque rege, regis, pronuntiare tanquam *reje rejis* ſcriberetur, barbariſmus eſt. *Sublatis C* & *Q*] *K q h* Varro & Macer, teſte Cenſorino, non adhibent numero literarum, & Priſcianus *K* & *q* & *c* quamvis in varia figura & vario nomine ſint, tamen quia unam vim habeant, tam metro quám in ſono pro una litera accipi jubet. At veró *K* Græcorum ſeu veterum Gallorum potiús nobis commodiſſimé inſervire poteſt: æquum igitur eſt ut exploſis aliis ſola retineatur. Vide Ramum 2. Schol. Gram. p. 48, & 49 Sylvium in Iſagoge p. 6. Pilotum in litera *Q*: & Quintil. cap. 6. ubi *u, q, x*, Latinis redundare ait. Vide item Pilotum in litera *G* & Sylvium epitomes p. 5. De litera *x*, vide Ramum Scholarum Gram. lib. 2. pag. 44. Ubi ipſam, poteſtatem habere *cs, gs*, ex Varrone ipſo docet, ſed tamen & á Cicerone, & á Quintiliano valde in lingua Latina improbari. *Eam certé*] Hoc vitium docet Pilotus his verbis, *X* dictionem claudens nihil differt ab *S* ut *cheuaulx* equi *cheueulx* crines: in aliis locis duplex eſt, ut Latinis *exemple* exemplum &c.

CAP. 5. *De Syllaba in Diphthongo & quantitate.*

ATQUE hæc de proſodia & orthographia literæ, quæ eſt ſyllaba ipſa per ſe, aut pars ſyllabæ. Syllaba unius literæ eſt vocalis: ut *a, ω, ε, ει, o, υ* &c. Syllaba plurium literarum

terarum eſt e vocalibus tantúm, vel e vocali & conſonante miſta: e vocalibus tantúm eſt é duabus, & ideo diphthongus appellatur, duarum nempe vocalium in unā ſyllabam comprehenſus ſonus. Diphthōgi apud Gallos ſunt octo. Prima eſt *ai*, ut in *Paiant Aidant* ſolvens juvans. Diphthongus nobis eſt ex *a* & ȣ in unico hoc vocabulo *Aouſt*, mēſis Auguſtus, qui ut plurimū ac ſi eſſet *Ouſt* á nobis effertur: ſed é ſingulari exemplo regulam non aſtruemus, quamquam Latinis diphthongus hæc ſit uſitatiſſima, ut in his verbis Author, Augeo, Audio, in quibus prima ſyllaba, ut in noſtro *Aouſt*, proferri debet. Secunda eſt *ȩω*, in *Capȩω*, *Mantȩω* quæ ſcribimus *chapeau*, *manteau*, galerus, pallium. Tertia eſt *eı* ut in *feındre*, *peındre*. *creındre*, fingere, pingere, timere. Quarta eſt *ie* ut in *fiel*, *miel*, *mien*, fel, mel meum. Quinta eſt *ieȣ*, ut *Dieȣ*, *Lieȣ*, Deus, locus. Sexta eſt *oe*, ut in *Moe*, *Toe*, quæ mirificé ſcribuntur á nobis *moy*, *toy*, ego, tu. Septima eſt *oi*, ut in *Moindre*, *Poindre*, *Coin*, *Soin*, minus, pungere, cuneus, vel angulus, cura. hæc in noſtris participiis feré uſurpatur *voyant*, *oyant*, *Larmoyant*, *Fouldroyant*, videns, audiens, lacrymans, fulminans vel coruſcans. itē in aliis dictionibus ut *Loiaulx*, *Roiaulx*, fidi, regii. Octava eſt *ui* ut in *Puis*, *Nuire*, puteus, nocere, quæ ſæpe etiam in noſtris verbis & participiis cernitur, *fuiant*, *cuidant*, *Vuider*, *puiſer*, fugiens, putās, evacuare, hau-

rire. Mirificas veró triphthongos inveterata ſcribendi Francicé ratio nobis ponit ob oculos, ut *eau, iei, ieu, oei, oeu, uei, ueu*: in *beau, viellart, Dieu oeillade voeu, mouiller, orgueil, gueule*: pulcer, Senex, Deus, intuitus, votum madefacere, ſuperbia, gula, quas tamen judicio vocis & prolationis revera diphthongos eſſe deprehendes. Francis igitur hac ratione octo legitimæ diphthongi eſſent

Ai	*Paiant Aidant*	Solvens juvans
Ȩ ω	*Ȩapęω Manteω*	Galerus pallium
Ɛ'i	*Peine Fonteine*	pœna fons
Iȩ'	*Miȩ'l Viȩ'ļart*	mel ſenex
Iʋ	*Diʋ Liʋ*	Deus Locus
Oȩ'	*Moȩ' Loȩ'*	Ego Lex
Oi	*Oindre Poindre*	Ungere pungere
Ui	*Suis Nuire*	Sum Nocere

Triphthongi illæ, quæ videbantur, genuina hac forma ſcribentur *Vʋ, Mʋļer, ʋļade, orgȩ'l, G'ʋlȩ*, votū, madefacere, intuitus, ſuperbia, gula. Diphthōgi veró *ai* & *iʋ* ut plurimúm in *ʋ* & *u* degenerant, uti in his vocibus videre eſt, *Ɛ'imer, Fȩ'rȩ, Diu, Liu*, quas ſcribimus *Aimer, Faire, Dieu, Lieu*. *A.* ſimiliter in *e* plęrunq; immutatur, ut *Aimerai, ferai*, in quibus *E'imȩre, Fȩre*, pronuntiamus. Quod idem de *au eu ou* in ſimplices vocales *ω, ʋ, ʋ*, immutatis, itemq; de *aou* in *ʋ* ſupra monuimus. Quod ad ſyllabam é vocali & conſonante miſtam attinet: Galli eandem conſonantem vix congeminant, niſi fortaſſis *R* in his vocibus *Terre, errer*, terra

errare

errare: idemq; in quibuſdam derivatis obſervant, *couramment*, *diligemment*: curſim, diligenter. Nihilominus in hac geminatione luxuriamus *paſſer*, *aller*, *commun*, *honneur*, *differer*, *flatter*, *coccu*, *aggrauer*, *abbayer*, *frapper*, tranſire, progredi, communis ſeu commune, honor, differre, adulari, cucullus, exaggerare, adlatrare, percutere in quibus *e* geminatis conſonis altera tantúm profertur, cúm contrá fieri debeat vel ſuaviſſimé*. SUPEREST ut hoc capite de Syllabarum quantitate videamus, cujus quidem Galli, & ſi illis tam naturale, tamq; facile ſit, quám veteribus illis Græcis & Latinis olim fuit, in artis ordinem præcepta nondũ redegere, nec ſatis hactenus qui in ea re tentarunt aliquid, ſibi conſentiunt. Verumenimvero dubium nõ eſt quin ſyllaba omnis nobis ſit brevis aut longa, eamque licét non animadvertentes, eo pacto proferamus: aliter enim vocabulum *Pate*, ſi ad canẽ, quám ſi ad farinam referatur, enuntiamus, cujus in altero ut temporis moram ſignificemus, interſerimus *S paſte* maſſa, licét ipſum *S* in vocabulo non exprimamus. Item verbi *Frappes*, pronunciatio eſt in ſecunda perſona ſingulari & plurali alia atque alia: in ſingulari enim eſt ſimpliciter *Frappes*, verberas, in plurali veró *Frappés* verberatis quæ cauſſa fuit Gallis *e* femininum, itemque *é* maſculinum excogitandi: quin & ſuperfluam conſonantem aliquam ad moram

id eſt unica cõſona ſcribenda eſſet.

temporis ſignificandum inſerendi, ut in *Aimaſt*, *Aſne*, *Maſle*, *Eſconduire*, *Meſme*, *Alumette*, *Soſne*, *Roſne* pro eo quod eſſet *Aimât*, *A'ne*, *Mâle*, *E'conduire*, *Méme*, *Alumète*, *Sône*, *Rhône*, Amaret, Aſinus, Mas, Denegare, idem, fomes, Araris Rhodanus.

Agé igitur, Græci longas vocales η & ω conduplicarunt, itidemq; Hebræi in omnibus vocalibus factitarunt. Nobis quidem certé *e* maſculinum quod appellavimus, itemque *ω* & *e* longæ ſemper erunt. *e* femininum perpetuó breve, reliquæ *a e i o v u* ancipites: qua in re Latini imitandi nobis erūt, ſyllabaque brevis hoc apice ᴗ, longa veró iſto – notanda: non in omnibus, infinitæ enim eſſet moleſtiæ, ſed (ut optimé præcipit Quintilianus) ubi ambiguitas faceſſeret negotium, ut hic *păte* palma pedis, & *pāte*, maſſā.

ANNOTATIONES ad Cap. V.

Diphthongi apud Gallos] Diphthongos (ait Sylvius) á Græcis mutuati videmur, eas veró pleniús & puriús quám cæteri Europæ populi pronunciatione exprimimus: Sed ſeptem ipſe tantúm agnoſcit, *ai*, *ei*, *oi*, *oy*, *au*, *eu*, *ou*, Pilotus vero novem *ai* vel *ay*, *ei*, *oa*, *oe*, *oi* vel *oy*, *ui* vel *uy*, *au*, *eu*, *ou*. ex quibus *au*, *eu*, *ou*, literis reſtituimus *ω e v*, *oa* falſo exemplo (nec enim *poale* ſed *poele* hypocauſtum) introducitur: *oi* & *oy* Sylvii pro unica á Piloto numerantur, ex quo efficitur ut ipſi Sylvio tantúm tres, Piloto quinque ſuperſint. Qua in re, ut aliás ſemper, diligentia P. Rami nobis ſuſpicienda eſt, qui *ω e v* in literas repoſitis, octo

tamen

tamen prætere in uſu frequentiſſimo diphthongos, unamque inſuper ſed exemplo ſingulari *au* in *Auſt*, menſis Auguſtus, obſervarit. Sed Logicum lumen in primis ſingulare hoc fuit. *Prima eſt Ai*] *Ai* diphthongum Græcis propriam (ait Sylvius) á Latinis quibuſdam poetis uſurpatam, Virg.

Aulaï in medio libabant pocula Bacchi.

non *æ* ſeu ę cum Græcis, non aï diviſas vocales cum poetis Latinis, ſed *ai* una ſyllaba utriuſque vocalis ſonum leniter exprimente pronuntiamus. qualis vox ægrotis & de repente læſis eſt plurima. Sed & P. Ramus lib. 3. Schol. Gram. non procul ab initio, ubi in lingua Gręca perperam *αι* & *οι* per *e* & *i* pronuntiari docet: Nos Franci (ait) in vernacula lingua hos ſonos plané pronuntiamus in his verbis *payant aidant, moe toe*, ſolvens juvans, Ego tu &c. *Tertia eſt ei*] Diphthongus hæc in communi (ſed præpoſtero) uſu ſæpe commutatur & pro *feindre peindre* verbi cauſſa, *faindre paindre* reponitur, ut notat Pilotus: Legitimé tamen á nobis effertur, non pro *i* tantúm ut Græcis, neque pro *e* aut eï diviſis vocalibus, ſed voce ex utraque vocali in unam concreta, ut *feindre* nõ veró *fendre, findre, feïndre*. Sylvius pag. 8. Itaq; diphthongum hanc Græcorum ait Ramus Schol. Gram. 3 pag. 56. nos Franci integré proferimus, cum fingere pingere *feindre peindre* dicimus: ſicut *oi* & *ui*, cúm minus pungere oſtium puteum, *moindre, poindre, huis, puis*, ſcribimus. Vide Sylvium loco citato in diphthongo *oi*. *Quarta eſt ie*] Hanc Sylvius & Pilotus ignorarunt. *Mirificas triphthongos*] Has adducit Pilotus, & præterea *eay* & *oui*, vel *ouy*, ut *geay* graculus, *mouiller*, madefacere *rouiller*, volutare, ſed pendent ex eo omnes, quod *u e* *u* ſyllabæ non literæ putabantur, deinde ex perverſa ſcriptione in his & ſimilibus *douiller, fueillet* de quibus antea, denique quod *g* ante *e* ut Jod proferamus. *Ad moram temporis ſignificandum*] Id Sylvius animadvertit p. 7. Iſagoges. S ante *T* (ait) & alias quaſdam conſonantes in media dictione raró ad plenum, ſed tantúm te-

nuiter ſonamus, & pronunciando vel elidimus, vel obſcuramus. Ipſe itaque vocabula ejuſmodi accentu gravi ſic appoſito deſignavit *hâſter*, *Aſne*, feſtinare, Aſinus, Nunc certé ejuſmodi *S* á politioribus feré eliditur, accentuque acuto vel circumflexo temporis mora indicatur. *ȣ u ancipites*] Mirum quód ȣ brevis ſit, cúm diphthongus ab aliis Grammaticis ſtatuatur: illud tamen in vocibus *coûrir, moûrir*, currere, mori, ſuprá demonſtratum eſt, unde literam eſſe, non ſyllabam, aut diphthongum, manifeſté colligitur. *Præcipit Quintilianus*] Scribendi ratio (ait ipſe, lib. 1. c. 5.) conjuncta cum loquendo eſt, cujus ars (ait idem lib. 1. c. 13.) non eſt in hoc poſita, ut noverimus quibus quæque ſyllaba literis conſtet (nam id quidem infra Grammatici officium eſt) ſed totam ut mea fert opinio, ſubtilitatem in dubiis habet. ut longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt, quia plurimæ natura ipſa verbi quod ſcribitur patent, ſed interim neceſſariũ, cúm eadem litera alium atq; alium intellectum, prout producta vel correpta eſt facit, ut malus, utrúm arborẽ ſignificet an hominẽ non bonũ, apice diſtinguitur: palus aliud priore ſyllaba longa, aliud ſequenti ſignificat, & cúm eadem litera nominativo caſu brevis, ablativo longa eſt, utram ſequamur plærunq; hac nota admonendi ſumus. Vide Ram. 3. Schol. Gram.

CAP. 6. *De Accentu & Apoſtropho.*

ERGO hæc de partibus vocis. Vox eſt ſecundum quam unumquodque vocatur & appellatur: Communes vocis affectiones ſunt Accentus & Notatio. Accentus Francis, ut de Quantitate docuimus, adhuc naturalis eſt, nondum ſatis arte explicatus, cúm tamẽ linguę cujuſvis harmonia ſit & ſingulare ornamentum.

namentum. Atenimvero & ſyllabarũ quantitas, & dictionum accẽtus tum illuſtrabuntur, cúm Franci poetæ, nõ modó Rhythmis, certum ſyllabarum numerum, certa ſyllaba terminatum complectentibus: verúm metris etiam, certos pedes certis locis collocatos continentibus, ſtudium operamque impendent. Iis enim legẽdis, audiendis, & tanquam laudis hujus authoribus meditandis, quod adhuc naturale eſt, formam artis indueret, eſſetque inde accentus obſervatio facillima & jucundiſſima. Non quod Rhythmos propterea é medio tolli ſuadeã, ſunt enim naturales in omni natione atque gente: & apud Francos in primis ſingularis cujuſdam venuſtatis pleni atq; elegantiſſimi: ſed ut talia quondam in Græcia ante Homerum, & in Italia ante Andronicum poemata fuerunt (talis enim videatur poeſis fuiſſe, in illis de quibus Ennius loquitur verſibus)

—quos olim Fauni vateſque canebant:

ita hæc infantia poeticę Francicę adhuc fuerit in Rhythmis ejuſmodi, quam mox etiam metra conſequantur. Sic enim Quintilianus ait Rhythmum aurium menſura & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſervatione, eſſe generatum, mox in eo repertos eſſe pedes, eorumq; locis certis ordinatorum dimenſione facta eſſe metra, ut in veteris & Græciæ & Italiæ poematis, quæ hodie leguntur, apparet: & in vernaculis linguis, ſi quando eruditionis uberiorem fructum nanciſcan-

tur, apparebit. Sed ne Francia talium ingeniorum nobilitate prorſus videatur fuiſſe deſtituta, STEPHANI JODELLI Pariſini poetæ nobiliſſimi elegiacum ſapphicumq; ejus generis carmen ſubjiciemus.

ELEGIACUM.

Vierge ta France te veult par ces vers ſacrer vn autel,
Auquel nuire le fer, l'onde, ne l'age, ne peut.
L'age ſuperbe ne mord les vers, dont Grec ſe bâtit
Vn lôs eternel, ny ce que Romme graua.
Moy doncq qui retirant mes pas leur gloire reſuiuray,
Meurdriſſant l'oubly viure ta gloire feray.
Et de ce vers meſuré ton ſainct nom bruire lon orra,
Puis que ta ſaincte faueur, ayde ma ſaincte fureur.

Latiné ſic habent, & quidem in gratiam rudium linguæ noſtræ, pené ad verbum.

Virgo tua Francia tibi vult his verſibus ſacrare aram,
Cui nocere ignis, ætas, neque unda queat.
Ætas ſuperba nõ mordet verſus quib. Græcia ſibi ſtruxit
Laudem æternam, neque id quod Roma ſculpſit.
Ego igitur qui cõpreſſis veſtigiis illorũ gloriã æmulabor
Vendicans ab oblivione vivere tuã gloriam faciam.
Atq; hoc verſu dimẽſo ſacri tui nominis fama audietur,
Cúm tuus ſacer favor juvet meũ ſanctum furorem.

SAPPHICUM.

Sans voler dans l'air ie guide en ce beau lieu,
Dans ce char, Cypris, reuerant ce beau Dieu,
Qui retint d'un nau memorable ſous ſoy,
Charles auec moy.
D'un leger trompeur le renom ie perdray,
Ferme pour touſiours tel amour ie tiendray,
Car chacun des Dieus promet en ce grand bien,
Rompre le vol mien.
Seul ie ſuis auteur de ce bien, d'amour vient

L'heur

L'heur d'Hymẽ, Cypris de mõ heur ſon heur tiẽt,
Rien ne peut des deus r'animer le brandon.
Fors qu'a Cupidon.

Sine volatu per aera deduco in hunc amœnũ locum
Hoc in curru, Cyprida, reveritã almũ hunc Deũ,
Qui detinuit nodo memorabili ſub ſe
Carolum mecum.
Levis impoſtoris nomen amittam,
Firmum ſemper amorem hunc habebo,
Nam quiſq; Deorum ſpondet in hoc magno bono
Impedire volatum meum.
Solus ſum autor hujus boni, ex amore provenit
Felicitas Hymenęi, Cypris é meis ſua ſolatia capit,
Nihil poteſt amborum animare facem
Præterquam Cupido.

Atque ejuſmodi Poetæ taliumque verſuum autores Homeri nobis Virgiliique procul-dubio erunt. SED non ut accentũ quantitatiſque rationem, ita Apoſtrophum, hoc eſt vocalis rejectæ notam, euphoniæ ſeu jucundioris gratioriſque ſoni cauſſa, neglexi-mus: ſed eam celeriter amplexi, Græcorum more hoc ſemicirculo ' notavimus. Rejiciuntur autem per apoſtrophum *a ę i*, quod fit ob ſequentem vocalem, ut *M'amie*, *I'ayme*, *S'il veut* pro *ma amie*, *ie ayme*, *Si il veut* mea amica, amo, ſi velit. *A* verbum vel prępoſitio Apoſtropho non eſt obnoxium, ut *Il a eſté homme de bien*, fuit vir bonus. *Il eſt á Anuers*, eſt Antuerpię. *Ę* finale ante conſonantem apoſtrophum interdum admittit, ut *Grand' joye*, *Grand' peur*, *la plus grand' part*, *Sau' voſtre grace*, pro *Sauue voſtre grace.* ingens lætitia, magnus timor, maxima

pars, veſtra pace. *I* raró apoſtropho afficitur in *Si*, ut *Si audace*, *Si eloquence*, *ſi ignorance*, *ſi orgueil*, *ſi vn*. ſi audacia, ſi eloquentia, ſi ignorantia, ſi ſuperbia, ſi unus. Item quoties vocabulum *Si*, tantúm vel adeó ſignificat, apoſtrophum non admittit, *Si ambitieus*, *ſi enuieus*, *ſi injurieus*, *ſi honneſte*, *ſi vtile*, Adeó ambitioſus, adeó invidus, adeó injurioſus, adeó honeſtus, adeó utilis. Similiter *Ni* apoſtrophum neſcit, ut *le ne vis jamais ni Amboyſe*, *ni Italie*, *ni ordre*, *ni vſage*. Vidi nunquam neque Amboſium, neque Italiam, neque ordinem, neque uſum. Nonnunquam duæ vocales in unam ſyllabam per apoſtrophum contrahuntur & quaſi coaleſcũt, ut *I'iray* pro *Ie, i iray*, lego eó ibo. Sed & Conſonantes *S* & *T*, ſi ſequens dictio incipiat á conſonante, apoſtrophum patiuntur ut *le' Philoſophe' ſon' tou' par raiſon*, pro *les Philoſophes ſont tout par raiſon* : Philoſophi omnia cum ratione faciunt. Similiter *R* & *L* interdum eliduntur per Apoſtrophum: quin & ut hiulcum concurrentium inter ſe vocalium ſonum declinemus *T* & *S* non raró interponimus, ut *Tu veu' parle' tou' ſeul. At i faict? At i chante? Ie ris & pleure*, pro *Tu veus parler tout ſeul. A il faict? A il chante? Ie ri & pleure*. Vis ſolus loqui, Abſolvitne? Num cecinit? Rideo & ploro: non quod iis locis *S* & *T* recta Francicé ſcribendi ratio exigat, ſed quod ita ſonum prolationemque aures ipſæ moderentur.

AN-

ANNOTATIONES in Cap. VI.

Accentus Francis] Quod ad accentuum rationem attinet, vide arſin & theſin, depreſſionem & elationem Priſciani lib. de accentu. Quintilianum lib. 1. c. 5. Ubi de triplici accentu. Ciceronem in Oratore. Mira eſt (ait ibi Tullius) quædam natura vocis, cujus quidem é tribus omnino ſonis inflexo, acuto, gravi, tanta ſit & tam ſuavis varietas perfecta in cantibus. Vide Ramum 4. Schol. Gram. in principio. *Naturalis eſt*] Acutus enim accentus naturalis eſt in omni voce, ut docet in Oratore Cicero his verbis, Natura (ait) quaſi modularetur hominum orationem in omni verbo poſuit acutam vocem, nec una plus, nec á poſtrema ſyllaba citra tertiam, quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem ſequatur induſtria, quó minús mirum ſit quod Sergius Grammaticus (quem ut antiquiorem Priſcianus citat) in Donatum ſcribit, accentum gravem Latinis in uſu hodierno non eſſe, flexum quoque ex eo compoſitum periiſſe, acutum ſolúm, quód valde naturalis ſit, remãſiſſe. Vide Ram. ibid. *Sunt enim naturales*] Vide Talæi Rhetoricam lib. 1. cap. 15. atque in eam Claudii Minois Divionenſis commentarios. *Non modó Rhythmis*] Rhythmus (ait Diomedes Grammaticus) eſt verſus imago modulata, ſervans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationemque continens. Sic autem Cic. in Oratore perfecto. Quicquid eſt quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiamſi abeſt á verſu (nam id quidem orationis eſt vitium) numerus vocatur, qui Græcé ῥυθμὸς vocatur: Sed Rhythmi nomẽ generaliús á Cic. hîc ſpecialiter uſurpatur. *Ennius loquitur*] Hic locus eſt é Bruto Ciceronis. Quid? (ait ibi) noſtri veteres verſus ubi ſunt?

—quos olim Fauni vateſque canebant
Cúm neq; Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat
Nec dicti ſtudioſus erat—

Idem Orat. perfecto. Ergo, inquit, Ennio licuit, vetera contemnenti dicere

Verſibu' quos olim Fauni Vateſq; canebant mihi de antiquis eodem modo non licebit? *Quæ mox etiam metra conſequantur*] Metrum (ait Minos) etiam eſſe poſſe in linguis vernaculis noſtri quidam Poëtæ Galli nuper oſtenderunt, ſed quem ſucceſſum habere poſſit, iſte conatus, & ſtudium valde, ut videtur inſolens, poſteri viderint. JODELLI] Fuit hic Pariſinus, vivaci promtiſſimoque ingenio, propereaque Henrico II. ejuſque Sorori Margaritæ, Sabaudiæ Duci, inprimiſque Carolo IX. & Carolo Lotharingo Cardinali acceptiſſimus. Obiit Luteriæ, menſe Julio, Anno Domini 1573, ætatis 41. magno prorſus Muſarum Francicarum incommodo, P. Ramo XI. tantúm menſibus ſuperſtes. Tahureau nobilis item poeta Francicus eique contemporaneus ejus hoc anagrāma celebri ode proſecutus eſt, ESTIENNE IODELLE. IÖ LE DELIEN ESTNE'. *Rejiciuntur per apoſtrophum*] Uno canone inſtar Græcorum comprehendit quæ inepté ſpeciatim Pilotus perſequitur *ie.le.me.ma.ſe.de.ne.re.le que. I raró apoſtropho afficitur in Si*] Afficitur interdū. Pilotus. *S'il ne les eſcoute di le a l'Egliſe.* Si non audierit eos dic Eccleſiæ. *Sed & conſonantes*] Sylvius pag. 7. Iſagoges, ubi de *S.* In fine dictionis (ait) nec illam nec cæteras conſonantes ad plenum ſonamus, ſcribimus tantúm, niſi aut vocalis ſequatur, aut finis ſit clauſulæ, ut feminæ ſunt bonæ. *Le' femme' ſon' bonnes.* Infantes habent panem *Le' enfan' on' du pain &c.*

Sed cōſtituta hactenus legitima Francicé ſcribendi ratione, ſpecimen aliquod, aſſumta é cap. 17. Grammaticæ Francicæ P. Rami digreſſiuncula ſubjiciamus.

Mon maiſtre ie vous prie qu'il vous ſouuienne des eſcolles brutines, quand vous baillaſtes à vingt de voz plus excellens diſciples, vingt des plus excellentes oraiſons de Ciceron, pour faire la recherche & la preuue des nombres

nombres de l'oraiſon : & qu'ain ſy maintenant vous departiez vn entier dictionnaire des verbes Françoys a voz diſciples, pour renger vne telle confuſion, qui eſt en ſes deux coniugaiſons. P. Il faudroit premierement que l'un de voz condiſciples, N Bergeron (qui a conioinct les bonnes letres auec l'equité des Loix) euſt acheué ſon dictionaire Francoy latin: & que deux milles oreilles (comme vous aues veu) eſcoutaſſent de rechef vne voix. Lors ce ſiecle doré eſtant reſſuſcité pourroit accomplir voſtre deſir. Mais vous me troubles touſiours mon propos.

Mon metrę, ję vȣs prię k'il vȣs ſȣviɛnę dɛs ɛkolęs brutinęs kant vȣs bal̨atęs a vint dę vos plus ɛxɛlɛns diſiplęs vint dęs plus ɛxɛlɛntęs orɛzons dę Siſɛron pȣrfɛrę la ręçɛrçę ɛ la prɵvę dɛs nombręs dę l'orɛzon: ɛ k'ɛinſi męintęnant vȣs dępartięs un ɛntiɛr dixionɛrę dɛ vɛrbęs Franſoɛs a vos diſiplęs pȣr rɛnjer unę tɛlę Konfuſion, ki ɛt ɛn ſęs dɵs konjugɛzons. P. Il fɷdroɛt pręmiɛręmɛnt kę l'un dę vos kondiſiplęs N. Bɛrjęron, ki a konjoint lɛs bonęs lɛtręs a l'ɛkite dęs Loɛs, ɵt açɛvɛ ſon dixionɛrę Franſoɛ Latin, ɛ kę dɵs milęs orɛl̨ęs (komę vȣs aves vɵ) ɛkȣtaſęt dę ręçęf unę voɛ. Lors ſę ſiɛklę dore ɛtant rɛſuſite pȣrroɛt akomplir voſtrę dęſir. Mɛs vȣs me trȣbles tȣjȣrs mon propo.

Memineris (Præceptor) Brutinarum Quæ-

ſtionum, cúm præſtantiſſimis ex diſcipulis viginti, præſtantiſſimas totidem. Ciceronis orationes diſtribuiſti, ut numeros in ipſis oratorios obſervarent: ita nunc etiam integrum verborum Francicorum dictionariũ diſcipulis diſpertias, ut tantam hanc duarum iſtarum conjugationum confuſionem in ordinem redigant. P. Nic. Bergeromum condiſcipulum veſtrum (qui humaniores diſciplinas juris legumque æquitati conjunxit) dictionarium Francico-Latinũ abſolviſſe in primis oportuit: atque duo hominum millia vocem hanc (quod ſæpe vidiſti) rurſus exaudire. Tum, aureo illo reflorente ſæculo tuis votis poſſet fieri ſatis. Sed neſcio quo pacto ſemper filum abrumpis orationis.

Cap. 7. De Notatione nominum.

E communibus vocis affectionibus accentus expoſitus eſt, ſupereſt notatio. Ea eſt qua vocis ſpecies & figura diſquiritur. Species eſt notatio, qua diſquiritur, primane ſit vox, an aliunde flexa. Prima ut *vin* vinum: flexa ut *vineux*, vinoſum. Figura eſt qua diſquiritur, utrúm vox ſimplex an compoſita ſit, ſimplex ut *amis*, *dit*: amicus, dicit: compoſita ut *ennemy*, *contredit*, inimicus, contradictio. Hîc veró Galli in compoſitione ſunt feliciſſimi, ut *Sauuegarde*, *boutefeu*, *couurechef*, *curedent*, *chauſſepied*. Aſylũ, incendiarius

rius ſive fax ſeditionis, flammeũ ſeu velum capitis, dentiſcalpium, calcipes. Atque hac in parte Latinis, qui in compoſitionis negotio ſolent eſſe magis ſolliciti maximeq; anxii, ſumus longé excellentiores.

ANNOTATIONES ad Cap. VII.

In compoſitione] Compoſitionis Francicæ ubertas, gratia, atque etiam audacia in poetis Francicis elucet maximé, qui ad Homeri imitationem eam ſibi libertatem aſſumſerunt eóque rem perduxerunt ut Græcis aut parúm aut nihil debeãt: quod in Ronſardo, Bellajo, Bellaqueo, Baifio, Jodello in primiſque in Gu. Salluſtio domino du Bartas perſpicere eſt.

CAP. 8. *De Numero nominum.*

EXPOSITA vocis Notatione, differentias ejus expendamus. Vox eſt numeri, aut ſine numero, Numeri cum adſignificat numerum, & quidem ſingularem aut pluralem: Unde vox numeri ſingularis aut pluralis appellatur. Singularis numerus eſt, quo res ſingularis exprimi poteſt, ut *bon* bonus vel bonum. Pluralis quo res plures exprimi poſſunt ut *bons*, boni vel bona. Vox numeri aut certis finibus flectitur unde finita dicitur, quæ numerum certo flexionis fine definitum adſignificat, ut *les cerfs courent*, cervi currunt: aut infinita quę non adſignificat, ut *courir*, *aymer*, currere, amare. Vox nume-

ri eſt nomen aut verbum. Nomen eſt vox numeri cum genere. Numerus pluralis addit literam *s* ad ſingularē ut *homme, hommes: femme, femmes: veau, veaux, vaiſſeau, vaiſſeaux: heureu, heureus: vertu, vertus: laq, laqs: loup, loups: hanap, hanaps: fier, fiers, champ, champs: bon, bons: actif, actifs: quel, quels, lac, lacs: long, longs.* Homo, homines, mulier, mulieres: vitulus, vituli: vas, vaſa: felix, felices, virtus, virtutes: laqueus, laquei, lupus, lupi: crater, crateres, ferox, feroces: rus, rura: bonus, boni: ſtrenuus, ſtrenui: qui quales, lacus, lacûs, longus, longi. *T* & *D*, evaneſcunt ut, *ſecret ſecréts, regret regrets, dent, dens, aymant, aymants: donnant donnans: plaid plaids: ſoudard ſoudards.* Arcanum, arcana: deſideriū, deſideria, dens, dentes: amans, amantes, donans, dantes, lis lites, miles milites. *A* finale ante *L*, mutatur in *au* ſuppreſſo *l*, ut *cheual, cheuaux, loyal, loyaux, Royal, Royaux:* Equus, equi, fidus, fidi: Regius, Regii: Dicimus etiam *Ciel, cieux, viel, vieux, viel, vies, œil yeux, ejl, ies.* Cælum, cæli: vetus, veteres ſeu ſenex ſenes: oculus, oculi. Nominum quædam ſunt tantúm ſingularia, ut *ſang, or, argent, plomb, eſtain,* ſanguis, aurum, argentum, plumbum, ſtannum. Quædam pluralia tantúm, ut *pleurs* lacrymæ: Quædam pluralia *s* non adſciſcunt, ut *quatre, cinq, ſept, huict, neuf, onze, douze, treize, quatorze, quinze, vingt.* quatuor, quinque, ſeptem, octo, novem unde-
cim

cim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, viginti & alia ejuſmodi numeralia.

ANNOTATIONES ad Cap. VIII.

Vox eſt numeri] Genera vocis, ſeu partes orationis numero diſtinguit Ramus: ut alterum genus ſit numeri, alterum ſine numero: flexibili enim voce vel non flexibili (vulgó parte declinabili vel indeclinabili) non ſatis explicantur: adverbia enim, (quæ indeclinabilia dicuntur) flecti etiam poſſunt in nomina, ut cras, craſtinus: numerus tamen adverbiis nullus adſignificatur. Porró de varia vocis diviſione vide Varronē lib. 7. & 9. & Quintil. lib. 1. cap. 4. *Singularis aut pluralis*] Dualem enim ut neque Latini non agnoſcimus: vide Quintil. lib. 1. cap. 5. dualis itaq; Græcis eſt peculiaris. *Nomen eſt Vox numeri cum genere*] Et caſu addit Latinus, ſed caſum Franci neſciunt, quamquā Pilotus hîc, modó ſex, modó quinq; nobis tribuens hallucinetur, ſecutus Sylvium qui Grammaticæ Latino-gallicæ pag. 6. ſcribit in hæc verba. Caſus in ſingulari & plurali omnes apud nos unius ſunt terminationis: quod perinde eſt ac ſi caſus nullos habere nos fateretur: cúm caſus ſpecialis ſit terminatio nominis, nos unicam tantúm eamque generalem habeamus: Sed ſi differentia caſuum nobis notari poſſit, id articuli & præpoſitionis beneficio erit. De caſu vide Priſcianum. Varronem 7. de lingua Lat. itemque lib. 9. & Ramum lib. Schol. Gram. 7. *Numerus pluralis*] Ita Sylvius loco citato, Numerus ſingularis & pluralis apud nos ſola litera *s* differunt. ſingularis autem ſi quando ipſam quoque habeat (ut tempus *le temps*, tempora *les temps*) tunc is á plurali facilé ſecernitur, ſi eſt ſubſtantivum: per adjectivum, per articulum, per verbum: ſi eſt adjectivum, per ſubſtantivum per articulum, per ver- *Ram. 5. Schol. Gram.*

bum, ut tēpus eſt odioſum *le temps eſt odieux*: tempora ſunt odioſa, *les temps ſont odieux*. blandiendi gratiâ quibuſdam virorum nominib adjicimus ut *Nicolas* & *Nicola*. Nicolaus. Hæc Syl. us: eadem ferè habet Pilotus. *T & D evaneſcunt*] Idem præcipit Pilotus ſed de *s* tantùm: itemq; de *L* finali quod in *au* mutatur *cheual cheuaus*. *Quædam pluralia s non*] Idem loco jam adducto de numeralibus teſtatur Sylvius.

CAP. 9. *De Genere nominum.*

GENUS eſt differentia nominum ſecundum ſexum, proindeque maſculinum eſt aut femininum. Maſculini generis nomen eſt quod mari convenit, femininum quod feminæ ut *Pierre, Jeanne, Seigneur, Dame, Roy, Royne.* Petrus, Joanna, Dominus, Domina, Rex, Regina. Nomina ARBORUM maſculina ſunt: FRUCTUUM, feminina: URBIUM modò hujus, modò illius generis: MONETÆ, tantùm maſculina, ut *pommier, poirier, ſeriſier, pomme, poire, ſeriſe: Paris eſt grand, Troye eſt marchande, Teſton, eſcus:* pomus, pirus, ceraſus, pomum, pirum, ceraſum. Lutetia eſt vaſta, Trecę negotiationibus inſignes, Teſtile, nummus aureus: excipitur *maille* minutiſſimus nummus, feminini. Maſculinum ut frequentiſſimum eſt, ita certæ poſſunt de eo, pro ratione terminationis, tradi regulæ excipiendo feminina. Sunt itaque maſculina finita in *A. Bra' la' ama' ta' ca'* (quibus pro *s* quo vulgò ſcribuntur

tur ſemicirculum appendimus) brachium, laſſus,acervus,cumulus,caſus.

Au.ω. Chappeau, manteau, pinſeau galerus,pallium,penicillũ : exceptis *peau, eau:* pellis,aqua,quæ feminina ſunt. *Au, ω.*

E. *Office,benefice*,officium,beneficium, & ſimilia Latinis neutra: femininum tamen eſt *eſtable*,ſtabulum. Item *Juſtice, malice* iuſtitia,malitia, atque ejuſmodi Latinis feminina.Sunt etiam feminina hęc *Imaige,table,œillade*, imago, menſa, oculorum argutiæ ſeu obtutus venereus. itemque hęc *eſpée, meſlée,maladie,ſottie,jeuneſſe, vielleſſe,meſure,torture, pourriture, vaillantiſe, marchandiſe.* enſis,motus ſive ſeditio, morbus, fatuitas, juventus,ſenectus,menſura,quæſtio ſeu tormentũ, putredo, ſtrenuitas, mercatura. *e feminin.*

E. *Blé lay, duché, conté, clergé, congé*, Triticum latus, ducatus, comitatus, clericatus, copia ſeu venia.Excipiuntur *liberalité,fidelité,verité*: liberalitas,fidelitas,veritas,& ſimilia feminina. *e medium.*

E'. *Mares,palays eſmois,effrois pois*,quę ita efferuntur *Maré,palé émoé éfroé poé*:palus, palatium vel etiam palatum, cura, terror,pondus. Excipiuntur feminini generis iſta *loix, foix, foreſt, poix, voix, paix*, quę etiam ita pingi oportuit *loé foré poé voé pé.* lex, fides, ſilva,pix,vox,pax. *e maſcul.*

E u ſive *ω. Lieu,jeu,feu,Dieu*, locus, ludus,focus,Deus. *Eu ſive ω.*

I. *Amis,maris,ris,cris,pais,pris* quæ ſic *I.*

pingenda ſunt ablato *s*, *Ami*, &c. amicus, maritus, riſus, clamor, patria, pretium. Exceptis *mercy*, *brebis*, *vis*, *perdrix*, miſericordia, ovis, gradus, perdix, femininis.

O *O. Os roſt, los, dos, bros, pot*, os oſſis: toſtũ, laus, dorſum, amphora, olla: ſed ſine *s* hoc pacto ſcribi debent *o, ro, lo, do, bro. po.*

Ou ſive ȣ *Ou* ſive ȣ, *Tou, trou, moulx*, ſive *mouſt, clou*. tuſſis, foramen, mulſum, clavus ſed & *mouſt* ablato *ſt* vel *lx* pingi debet.

V *V. Fétu, cocu*, feſtuca, cucullus: *Vertu*, virtus femininum eſt

R *R. char, fer, deſir, heur, malheur, hõneur, faueur, pleur*. currus, ferrum, deſiderium, felicitas, miſeria, honor, favor, ploratus & ſimilia, *treſor, mur*, theſaurus, murus. Excipe *amour, odeur, chaleur, faueur, fleur, fraieur, hauteur, mer* feminina: amor, odor, calor, favor, flos, terror, altitudo, mare.

L *L. mal, miel, fiel*. malum, mel, fel.

M *M. champs, nom, camp, plom*. campus ſive ager, nomen, caſtra, plumbum. *faim* fames, femininum eſt.

N *N. chien, chemin, pain, butin, ſoin, foin, coin, chauſſon, chardon, chatton, ecuſſon, tiſon*. canis, iter, panis, præda, ſollicitudo, cuneus ſeu angulus, udo, carduus, catulus, ſcutum, torris ſeu titio. At iſta *main, nonnain, putain, fin, raiſon, chanſon, façon, maiſon, priſon, monition, exhortation* & ſimilia, feminina ſunt. manus, monialis, meretrix, finis, ratio, cantilena, forma moduſve, domus, carcer, monitio, exhortatio.

E.

E. *chef, mechef, etrif.* caput, infortuniū, contentio *ſoif, nef,* ſitis, navis, feminina ſunt. N

T. *amant, chantant,* amans, cantans, & ſimilia: excipe *mort, hart, dent, part,* feminina, mors vinculum ſive patibulum, dens, pars. Atque hæc quidem de genere maſculino. Femininum fit addito *e* generi maſculino. ut *ayme aymee, baſti baſtie, fin fine, brun brune, fier fiere, grec grecque, beau* ſive *bel, belle: nouueau* ſive *nouuel, nouuelle: meſeau, meſelle, damoyſeau damoyſelle.* amatus amata, exſtructus exſtructa, cautus, ta: fuſcus, ca: ſuperbus, ba: Græcus, ca, bellus, la. novus, va. leproſus, ſa. Ingenuus, a. Demuntur hinc *doulx douce, faulx faulce,* dulcis dulcis, falſus, ſa: Item *heureux heureuſe, vertueus vertueuſe, François Francoiſe, Gaulloys Gaulloyſe.* beatus beata. virtute præditus, ta: Francus Franca, Gallus Galla. Item *Sauf ſaulue: vef vefue: brief briefue: hatif hatiue: ſerf ſerue: vif vive, ſec ſeche: franc franche: blanc blanche: larron, larronneſſe: hoſte hoſteſſe, Roy Royne: maiſtre maiſtreſſe, Prince Princeſſe, prebſtre prebſtreſſe, Dieu Deeſſe, Duc Ducheſſe, clerc clergeſſe, tuteur, tutrice: pecheur pechereſſe* ſalvus ſalva: viduus vidua: hic & hæc brevis, ſedulus, la: ſervus ſerva, vivus, va: ſiccus, ca: liber libera: albus ba: hic & hæc latro, hoſpes hoſpita, Rex Regina, herus, ra: hic & hæc Princeps, hic & hęc Sacerdos: Deus Dea: hic & hæc Dux: clericus clerica: tutor tutrix, peccator peccatrix. Ad-

jectiva in *e*, communis ſunt generis ut *honneſte celeſte*, *iuſte*, *affable*: honeſtus, ta: hic & hæc cæleſtis, Iuſtus, ta: hic & hæc affabilis: *teſmoing* teſtis ut & apud Latinos etiam eſt commune. Sed aliquando genus idem utrique ſexui convenit, ut *paſſereau*, *lieure*, *heron*, *brochet*, *turbot*, paſſer, lepus, ardea, lucius, turbo, pro mare feminaque ſunt maſculini generis: iſta veró. *lamproye*, *anguille*, *alouette*, *fauuette*, *caille*, *perdrix*, muræna, anguilla, alauda ſeu Galerita, curruca, ortyx ſeu coturnix, perdix, feminini. Atque ejuſmodi feré ſunt animantium pené omnium nomina. Hucuſque gallica generis eſt, á Latinis valde diſſentanea ratio, ut ſic á Francis, ſtudio deflexa videri poſſit, quó ſe ſuamq; linguam, quantum in ſe eſſet, tametſi multa á Romanis ad ſe vocabula importarentur, ab omni permiſtione vindicarent, ſuaque & Gallica, adventitia & aliunde importata, facerent. E differentia generis nomen eſt ſubſtantivum vel adjectivum. Subſtantivum eſt nomen generis ſimplicis, quod ubi proprium eſt majore litera notatur, ut *Charles* Carolus. *Vingt* viginti, ſemper eſt plurale adjectivum, ut *vingt hommes*, viginti homines: ſed ubi tranſit in ſubſtantivum, mutat *T* in *S*, ut *Quatre vingts*, *ſix vingts*, *quinze vingts*. quater viginti, ſexies viginti, decies quinquies viginti. *Cent* centum, modó ſubſtantivum eſt, dicimuſque *vng cent*, *deux cents*, *trois cents*, centum, ducenti, trecenti, modó

modó adjectivum pari ratione qua *vingt*. ut *cent hommes*, *cents cheuaux*, centum homines, centum equi.

Articulus nomen eſt quod in maſculino ſingulari facit, *le:* in feminino *la*, in utriuſque plurali, *les*. Atque ex articulo ſingulari ſolet genus internoſci.

ANNOTATIONES ad Cap. IX.

In nominis definitione, ſpeciales differentiæ ſunt (*generis* & *caſus*) ſed in primis (*generis*) in quibuſdam enim linguis, uti in noſtra, genus eſt commune nominum, ubi plærunque nullus eſt caſus. genus enim in nomine agnoſcimus proprium, omnique & ſoli & ſemper adjunctum: Ramus ſub finem 5. Schol. Gramm. *Secundum ſexum*] Genera nominum (ait Priſcianus lib. 5.) principalia duo ſunt quæ ſola novit ratio naturæ, maſculinum & femininum. Sic Priſcianus idem Chaldeæ, Hebreæ, Syræ, Punicæ linguæ ſcribit genera duo tantúm eſſe, maſc. & fem. ſicut etiam hodie ſunt Francicæ. Ram. ibid. Neutra enim Latinorum maſculina voce exprimimus tum voce tum articulo, *le bon homme*, *le bon vin*, bonus vir, bonum vinum. Rectè igitur Pilotus. Galli (ſcribit ille) duo tantúm genera habent tam in adjectivis quám in ſubſtantivis, omniaque declinantur articulo maſc. aut fem. (*le*, *la:*) penes quem eſt arbitrium omne declinationis. *Quod mari convenit*] Aut maris ſpecie conceptis, addit Ram. cap. 4. lib. 1. Gramm. Lat. *Quod femina*] Aut rebus feminæ ſpecie contentis, ſimiliter. *Nomina arborũ*] Genus é ſignificatione vel terminatione cognoſcitur: breviter igitur de ſignificatione agit, póſt de terminatione juxta Alphabeti ſeriẽ fuſiús. Ceterũ quę de arborib. & fructib. hîc præcipit cum Sylvio in Gram. Latino-gallica cõveniunt, niſi quod Sylvius Arborum nomina neutra

eſſe dicit, at neutrum genus é regno Francico funditus ſuſtulimus. *Urbium*] Regionum & urbiũ nomina, (quia feminina ſpecie, ut conſtat é Romanarũ provinciarum lib. pinguntur,) feminina communi cauſſa dicuntur. Ram. ſub finẽ 5. Schol. Gram. *Tradi regula*] Tradit & Pilotus maſculina eſſe finita in *i* vel *y*, *ain*, *aire*, *ant*. *as*. *eau*, *eux*, *ien*, *ier*, *in*, *ir*, *oir*, *ur*, ſed his minús luculentæ, minús certæ, minús artificioſæ ſunt regulæ. *Demuntur hinc doulx*] Nam cúm legitimé ſcribantur *dv dvſę*, *fω fωſę*, apparet *S* interjici oportere, ut é maſculino formetur femin.

Itẽ heureux heureuſe] Legitimé enim ſcribuntur *ωrω*, *vértuω*, *franſoé*, é quibus ut femininum elicias, *ſ* vel *z* interponendum eſt.

Item ſauf ſaufue] Enimvero in recta ſcriptura eſt, *Sωf Sωvę*: *véf*, *vévę*: *briéf*, *briévę*, *hatif*, *hativę*, *ſérf*, *ſérvę*: *vif*, *vivę*, *ſék*, *ſéçę*, *frank françę*, *blank blançę*. *larron*, *larronéſę*, *otę*, *otéſę*. *Roé Rėinę*, *métrę*, *métréſę*, *Prinſę*, *Prinſéſę*, *Prétrę*, *Prétréſę*, *Diu*, *deéſę*, *Duk*, *Duçéſę*, *Klerk*, *Klérjéſę*, *tutωr*, *tutriſę*, *pęçωr*, *pęçęréſę*. in quibus non ſtatim femininum, é maſculino addito, oritur, ſed vel *f* in *v*, vel *k* in *ç* ſigmation, aliave re immutata. *Sed aliquando genus*] Promiſcuum hoc genus eſt quod ἐπικοινὸν epicænum Græca voce á Latinis appellatur, in quo ſexus uterque per alterum apparet ait Quintil. lib. 1. *Animantium prope*] Hinc illud Deſpauterii, Nomina quę volucres &c. perſecutus eſt formas, genus expreſſimus. *Subſtantivum vel adject.*] Non diſplicet hîc Melanchthonis familiaris licét, & ut videtur, puerilis, ingenioſa tamen & vera tum ſubſtantivi tum adjectivi deſcriptio, ut ſubſtantivum ſit cui non poſſit addi, *homme femme choſe*, *mann*, *Weib*, *ding*, vir, mulier, res: adjectivum cui poſſint, nec enim triplex nobis genus

eſt,

eſt, ut per articulum hic hæc hoc (quod Latini faciũt) definiamus. Virilia (ait 8. de lingua Lat. M. Varro) dicimus non ea quæ virum ſignificant, ſed quibus præponimus hic & hi: & ſic muliebria in quibus poſſimus dicere hæc & hæ: ut generis ſubſtantivique & adjectivi ratio Latinis ſit repetita per articulos. Ram. loco citato. *Articulus nomen*] Articulum in primis nomen dicimus ne in vocis generibus tam variis, totq; partiũ orationis acervis obruamur: deinde in maſc. *le*, in fem. *la* in utroque plurali *les*, ut ridiculus ſit Pilotus & alii qui cúm nomina non flectantur, integram tamen articuli confinxerunt, aſſumtis variis hinc inde pennis, declinationem. Verum quidem illud eſt, obſervari Græcorum & Latinorum caſuum rationem & expoſitionem in noſtra lingua per articulum *le, la, les*: itemque per præpoſitiones *a*, *au*, *aux*, *de*, *du*, *des*, & horum miſtione, *de la*, *a la*, quæ in exponendo aliorum declinationes, ita commodé diſcentibus proponi poſſit.

SINGULARITER			PLURALITER.	
	Maſcul.	Femin.	Maſc. & fem.	
Nom.	*Le*	*La*	N.	*Les*
Gen.	*De du*	*de, de la*	G.	*Des*
Datiu.	*A au*	*A, a la,*	D.	*Aus*
Ac.	*Le*	*La*	A.	*Les*
Voc.	*ô le*	*o la*	V.	*ô les*
Abl.	*de du par*	*de de la par*	A.	*des.*

CAP. 10. *De comparatione & diminutione Nominum.*

SED de articulo quandoquidem nobis cum Græcis communis eſt, ſuus etiam erit inferiús diſſerendi locus: jam ad comparationem nominis diminutionemq; tranſeamus. Ea igitur utraque in quibuſdam nominibus cernitur. Comparatio circumlocutione ſignificatur ut *ſage* ſapiens in poſiti-

vo, plus *ou moins ſage*, plus minuſve ſapiens in comparativo: *treſſaige* maximé ſapiens in ſuperlativo. *Illuſtriſſime*, *invictiſſime*, *doctiſſime*, *reverendiſſime* hujuſque farinæ alia latiniſmum ſapiunt, & quidem Gallicæ ſuavitati valde inſolentem valdéque inauditum. A Latinis tamẽ iſta detorſimus, *meilleur, pire, moindre, ſuperieur, inferieur, maieur d'age, mineur d'age* melior, peior, minor, ſuperior, inferior, majorennis, minorennis. Diminutio feré tota tribus hiſce in terminationibus cernitur, *au, on, et*. *Au* ſive *eau*: *arbre, arbriſſeau* : *table, tableau* : *pré, preau*: *lieure, leuraut* : arbor, arbuſcula, frutex, tabula, tabella, ager, agellus, lepus, lepuſculus. *On*, *Eſcus eſcuſſon, leurier, leuron*, *valée valon*. *Pierre, Pierrot, Pierroton* (& Lotharingicé Pierron) *Jane, Janete, Janeton*, Muſſiponticé *Jeinon, Magdelaine Magdelon, Marie, Marion, Marguerite, Margot*. Et *Jardin, iardinet* hortus, hortulus: *moulin moulinet*: piſtrinum, minus piſtrinum. *noir noiret*, niger, nigellus. *grand, grandet, grandelet*, grandis, ſubgrandis. Sic *Maiſon, maiſonnette*, ædes, ædiculæ, *femme femmelette*: mulier, muliercula. Sed comparationis negotium ad ſyntaxin potiús ſpectare videtur, quanquam proprius hic fuit diminutioni locus. Atque hæc de nominum generibus, deque comparationibus & diminutionibus.

ANNO-

ANNOTATIONES ad Cap. X.

Comparatio circumlocutione] Galli, non immutato paululum poſitivo ut Græci & Latini, ſed particulis *plus* & *tres* poſitivum & ſuperlativum circumſcribunt *chaſte, plus chaſte*, *treſ-chaſte*, caſtus, caſtior, caſtiſſimus. Pilotus, ubi tres á Græcorum τρὶς tres. Sylvius deſumtum eſſe putat, quod tanquam tres ſint in comparatione gradus. *Illuſtriſſime*,] Hæc ab Italis ad nos defluxiſſe, ut multarum rerum aliarum colluviem exiſtimat Pilotus. *Meilleur pire*] Pilotus comparativos irregulares nominat. *Maieur d'age*] Horum meminit ſub initium Gram. Sylvius: atque quod ille major annis diviſis vocibus extulit, nos recentiores Juriſconſultos magni nominis ſecuti majorennis minorennis una voce pronuntiamus. *Diminutio*] Magnæ ſunt in omni feré lingua diminutionis hujus illecebrę, magni lepores, maximéque veneres, præſertimque in poëtis Francicis, Ronſardo, Baifio, Tahureau & aliis Amorum ſcriptoribus.

CAP. II. *De Pronominibus.*

DECEM nomina hîc pronomina appellantur, é quibus tria *Je*, *Tu*, *Soy*, ego, tu, ſui, generis ſunt communis: priora duo demonſtrativa, tertium relativum, videnturq; ſingula ſuos caſus habere. Primum in ſingulari caret vocativo. Nominativo *Ie* ſive *Moy*, ego: reliquis caſibus *Moy* (mei, mihi: me) in Dativo & Accuſ. ſing. *Me*. in plurali *Nous* nos. Secundum habet in vocativo ſingulari *Tu* (tu) reliquis caſibus omnibus *Toy* (tu, tui, tibi, te,) præterea in nominativo *Tu*, in

Dativo & Accuſativo *Te:* in plurali *Vous.* Vos. Tertium habet ſolum in Singul. Gen. Dat. Accu. Abl. *Soy* ſui, ſibi, ſe: præterea in dativo & Accu. *Se.* In plurali Dat. & accu. *Se.* Atque hac ratione *ſe* in unico caſu. *Tu, me, te, Se,* in duobus: *Soy,* in quatuor: *Moy toy nous,* in quinque: *Vous* denique in ſex caſibus reperitur. Quartum, quemadmodum *Je* & *Tu,* demonſtrativum eſt. *Ce* ſive *Ceſt,* iſte, in maſculino *ceſte,* iſta, in feminino ſingulari: *Ces,* iſti vel iſtæ, in maſculino & feminino plurali: unde derivantur *ceſtuy, ceſtuicy, ceſtuyla.* hic ille: *cecy cela, ceſtecy ceſtela* hoc illud, hæc illa. Quintum & ſextum ſunt Relativa. Quintum quidem in ſingulari eſt: *Il* ſive *luy* (ille) in nominativo. *luy* etiam in maſcul. Genitivo, Dat. Accuſ. Abl. illius, illi, illum, illo. In feminino *elle* ſingulis caſibus, illa, illius, illi, illam, illa. atque etiam in dativo *luy. leur* omnis generis omniſque caſus quanquam plurale dicatur á Grammaticis. In plurali *Ils* vel *Eulx* maſcul. nominat. *eulx* etiam geniti. datiu. accuſ. ablat. femin. *Leurs* omnis caſus omniſq; generis. Ex *Ce* & *Luy, Il* & *Elle* componuntur, *Celuy, celle, Iceluy, icelle,* ille, illa: Sextum eſt, *qui, que,* utriuſq; numeri, omnis generis omniſq; caſus. *Quel.* maſculinum ſingulare, *quels,* plurale. Sic *Quelle, quelles* in feminino, qualis, quales. *Quoy* accuſativi eſt & ablativi. Quæ ſequuntur tria poſſeſſiva ſunt. Septimũ. Sing. *Mon mien,* maſcul. meus meum: *Ma mien-*

ne

ne feminin. mea: In vocativo *mon* & *ma*, mî mea meum. Pluraliter, *Miens*, mei & mea, maſcul. *Miennes* meæ femin. *Mes*, mei, meæ, mea, generis utriuſq;: *noſtre noſtrum*, commune eſt. Octavum, *ton tien*, tuus tuum in maſc. *Ta tienne*, tua. *Voſtre* veſtrum, commune eſt. Nonum. *Son, ſa, ſien, ſienne*, ſuus ſua ſuũ, abſq; vocativo, cæterùm per omnia ſeptimo ſimile. Decimum pronomẽ eſt iterativũ, *Meſme* in ſingulari, *meſmes* in plurali.

ANNOTATIONES ad Cap. XI.

***Primum in ſingulari*]** Ut catholica ſunt hîc, ita etiam breviſſima præcepta, Itaq; ne dum brevis eſſe laboro, obſcurus fiam, ut Horatius loquitur, rem ſub aſpectum ſubjiciamus.

	Sing.	Plur.	
Nom.	*Je, Moy*	N.	*Nous*
Gen.	*moy*	G.	
Dat.	*moy, me*	D.	
Ac.	*moy, me*	Ac.	
Ab.	*moy*	Ab.	

	Sing.	Pl.	
Gen.	*Soy*		
Dat.	*Soy, Se*	Dat.	*Se*
Ac.	*Soy, Se*	Ac.	
Ab.	*Soy*		

	Sing.	Plur.	
N.	*Tu, Toy*	N.	*Vous*
G.	*Toy*	G.	
D.	*Toy te*	D.	
Ac.	*Toy te*	A.	
V.	*Tu*	V.	
A.	*Toy*	A.	

	Sing. Maſc.	Sing. Femin.		Plur.
N.	*Il. Luy*	*elle*	N.	*ils eulx*
G.	*luy*	*elle*	G.	*eulx*
D.	*luy*	*elle*	D.	*eulx*
Ac.	*luy*	*elle*	A.	*eulx*
A.	*luy*	*elle*	A.	*eulx.*

cætera ex hoc paradigmate ſtudioſo cuiq; erunt facilia.

Cap. 12. *De Verbo.*

SEd hactenus de nominis etymologia, Francis, quám Græcis aut Latinis, in generum ratione, inflexionum formis, Anomaliaque valde occupatis, longé faciliore magiſque expedita, ſequitur de verbo. Verbum eſt vox numeri cum tempore & perſona. Tempus eſt differentia verbi ſecundũ præſens, præteritum, & futurum. Verbi finiti tria tempora ſunt infecta, & unum perfectum. Ex infectis præſens eſt quadruplex, primum ut Amo *ayme:* Secundũ, ut Amem *Aime:* tertium & quartum ſunt ut Amarem, *Aymeroie*, *Aymaſſe*. Præteritum ut amabam *Aymoie*, atque rurſus Amarem *aymoie*. Primum futurum, ut Amabo, *aymeray*, Secundum Ama amato, *Ayme*, *ayme*: é quadruplici præſenti ſecundum, tertium, quartum, etiam futura ſunt. Atque hæc quidem tria infecta ſunt. Perfectum tempus eſt præteritum, idq; ut amavi, *aymé*. Ex his temporibus quędam oriſta ſeu definita ſunt, hoc eſt certo ſtatoque tempore, ut hac ipſa hora, tũ cúm: qualia ſunt præſens quadruplex, imperfectumque præteritum, dueque imperfecta futura. Prę̨teritum perfectum modó oriſtum eſt, modó aoriſtum, ut poſtea manifeſtum fiet. Reliqua perfecta tempora ut Amaverim, Amaviſſem, Amavero Syntaxi exprimuntur, de qua ſuo loco. Verbum infinitum eſt perpetuum vel gerundium.

Per-

Perpetuum præſens eſt,ut *Aymer,voir,cognoiſtre,baſtir*, amare, videre, cognoſcere, ædificare. Perpetuum præteritum eſt præterito perfecto finito conſimile,ut *aymé,aymé veu veu,cognen cogneu,baſti baſti*,amavi amaviſſe, vidi vidiſſe , novi noſſe, ſtruxi ſtruxiſſe. Infinitum Gerundium eſt ut *aymant,voyant, cognoiſſant, baſtiſſant*, amans, videns,noſcens,ſtruens. Verbum paſſivum periphraſi perinde ac prædicta tempora explicatur, de quo etiam ſuo loco videbimus. Perſona eſt ſpecialis terminatio verbi,eaque triplex in utroque numero, *Ayme, aymes, ayme*,amo,amas,amat. *Aymons, aymes, ayment*, Amamus,amatis,amant. Hinc verbi forma duplex eſt. Altera quód aut verba tribus perſonis flectuntur, & perſonalia ſunt ut *ayme, aymes, ayme*, amo, as, at : aut tertia tantúm ſingulari, dicunturque Imperſonalia, ut *faut, chaut*, oportet,refert. Altera quód verbum Activum, aut Neutrum dicatur. Activum, ſi participium præteriti temporis formare poſſit: ut *aymé, aymeé*, amatus,amatum,amata: ab Amo *Ayme*: Neutrū ſi non poſſit ut *Rire, dormir, mentir*.ridere, dormire,mentiri quæ hæc tantúm ex ſe formant,*riant, dormant, mentant*, ridens, dormiens,mentiens.

ANNOTATIONES in Cap. XII.

Partitio Grammaticorum finiti modi in Indica-

tivum, Imperativum, Optativum, Conjunctivum, nihil legitimé partitur, neque verborum naturam diſtinguit, ſed omnes iſtos modos penitus confundit: ut indicativus modus ſit conjunctivus, & conjunctivus, Indicativus, & cum utroque imperativus & optativus ſit permiſtus, quod adverſus Grammaticorum commenta, é Ciceronis, Cæſaris, Terentii, id eſt Latinæ civitatis uſu & authoritate defendit P. Ramus Schol. Gramm. lib. 14. Ipſe itaque finiti verbi tempora, infecta cum infectis, præſentia cum præſentibus, præterita cum præteritis, futura cum futuris cõjungit, perfectaque ſimiliter ordinat, Varronem hujus Analogię authorem lib. 7. itemque lib. 9. ſecutus. Sed ipſum Ramum ne hîc prolixior ſim adito, loco citato. *Cum tempore*] Tempus eſt prima differentia verbi, quam* Ariſtoteles in Logica & Poetica obſervavit. Tempus igitur eſt differentia verborum, ut genus nominũ ſuprá eſſe diximus: cujus quidem rationem ſi hoc ex cap. diligentiús pauló inſpexeris, facilem quandam verborum inflectendi methodum habueris. Sed quia res primo aſpectu primaq; fronte huic rationi minús aſſuefactis pauló confuſior eſt, eam ſub aſpectum hac tabella ſubjiciamus.

Lib. de Interpretatione.

- Verbum eſt vox numeri cũ
  - Tempore differentia verbi ſecundum dum præſens præt. & fut. Hac differẽtia verbum eſt
    - Finitum quod habet
      - Tria tẽpora infecta
        - Pręſens quadruplex
          - Primũ ut Amo *ayme*
          - Secundũ ut Amem *ayme*.
          - Tertiũ & quartum ſunt ut Amarẽ, *aymeroie aymaſſe*.
        - Pręteritũ ut Amabam *aymoie*, & rurſus amarẽ.
        - Futurum
          - Primũ ut Amabo *aymeray*.
          - Secũd. Ama amato *ayme ayme*.
      - Perfectũ, quod eſt præterit. ut Amavi *Aymé*. Ex his temporibus
        - Quædã oriſta definitaque ſunt, qualia ſunt, præſens quadruplex, imperfectum pręteritum, & duo infecta futura.
        - Alia perfecta tempora, Amaverim, Amaviſſem, Amavero ſyntaxi exprimentur: ut & omnino Paſſivũ.
    - Infinitũ.
      - Perpetuum
        - Præſens ut *aymer voir congnoiſtre baſtir*.
        - Præteritum præterito perfecto finito ſimile ut *aymé, aymé, veu, veu*. &c.
      - Gerundium ut *Aymant, voyant, congnoiſſant, baſtiſſant*.
  - Perſona ex qua verbi duplex differentia.
    - Altera quód ſit
      - Perſonale
      - Imperſonale.
    - Altera quód
      - Activum
      - Neutrum.

Atque ex hoc ſchemate nullus eſt vel mediocriter grammaticis præceptis inſtitutus qui ſe explicare non poſſit, & quæ Au-

thoris ſit mens quibuſve rebus conveniat vel diſſentiat ab aliis ſtatim perſpicere. Sed Scholæ ipſius Grãmaticæ hac de re loquuntur uberiús. *Oriſta ſeu definita*] ὁριςὸς χρόνος tempus eſt Græcis certum definitum, Ἀόριςος contrá indefinitum, cúm incerta eſt ſignificatio, paulóne ante res præterierit an multó, quæ nobis cum Græcis communia ſunt, Latinis prorſus ignota. Vide Clenardum in conjugatione verbi Τύπτω, atque ad illum Renati Guillonii annotationes eruditiſſimas. Vide item Pilotum & Sylvium ubi agunt de verborum temporibus, quo loco duplex præteritum perfectum Indicativi faciunt, aoriſtum prius, poſterius oriſtum & determinatum ut *i'ay aujourd'huy leu Caton*, legi hodie Catonem: *ie leuz hier Caton*, legi heri Catonem. Totam hanc indefinitorum, finitorumque rationem Robertus Stephanus in conjugationibus Latino-Francicis diligentiſſimé perſecutus eſt, quod duabus his vocibus admonere ſolet *autrement pour le François*, tanquam diceres aliter Francicé: qui libellus quoniam á pueris etiam quotidie teritur ad eum Lectorem remitto.

Modó oriſtum, modó aoriſtum] Illud eſt quod ſtatim admonui. *i'ay aujourd'huy leu, ie leuz hier.*

U*t amaverim amaviſſem*] Atq; hæc tempora quia Latinis etymologiæ aliquid habent, in paradigmate cõjugationũ Gram. Latinæ reperies, hîc quia etymologiæ in illis nihil ſit, ad Syntaxin, ut in claſſem & ordinem, ne quid hîc turbetur methodus rejiciuntur. Lector, ſi Latinam Authoris Grammaticã cum Francica comparabit, neque in hac re neq; in multis aliis operam ludet.

CAP. 13. *De Participiis.*

E verbis quædam nomina formantur, quæ quód ab illis tempus formamque capiant, participii nomen habent. Participium activum ſemper præſens eſt, & á gerundio mutua-

mutuatum ut *Aymant* in maſcul. *Aymante* in feminino, hic & hæc amans. Dicimus etiam *Amant* amans, tametſi *amer* pro *aymer*, amare in uſu non ſit. Participium paſſivum é præterito perfecto infinito deſumtum eſt. ut *aymé*, amatus, amatum, maſculinũ: *aymeé*, amata femininum. Sic *baſti baſtie* exſtructus exſtructum, exſtructa, &c. Atque hoc pacto etymologia Participii brevior adhuc eſt multó etymologia verbi. futurum enim hîc nullum eſt. Sed ad conjugationum rationes pergamus.

ANNOTATIONES in Cap. XIII.

Activum] Sic & Sylvius & Pilotus Francica participia duo omnino faciunt, Activum ut *Aymant aymante*, amans. paſſivũ, *Aymé, aymee*: amatus, amatum, amata. Futurũ in rus & dus per qui, quæ, quod, & futurum indicativi ſuæ vocis, vel per debeo ac infinitivum ſuæ vocis, pro commoditate ſentẽtiæ, ut Latini explicant, ſic nos exprimimus. ut amaturus, id eſt qui amabit *qui aymera*, amandus, qui amabitur, *qui ſera aymé*, hæc Sylvius.

CAP. 14. *De Prima Conjugatione.*

FLEXIO verbi ſecundum tempora & perſonas Conjugatio dicitur, cujus quatuor genera vulgó é terminationibus præteriti infiniti colliguntur: utrúm legitimé é Dictionario Francico-Latino integro perfectoque, ſi extaret, obſervatione inductioni-

que ſtatueretur. Prima conjugatio eſt cujus infinitivus deſinit in *er*. Exemplum primæ formæ ſic eſt.

1 Præſens *Ayme aymes ayme*, Amo as at:
Aymons aymes ayment, amamus atis ant.

2 præſens *Aime aimes aime*, Amem es et.
Aimiõs aimiez aymẽt, Amem9.

3 præſens *Aimeroie, aimerois, aimeroit*, Amarem res ret:
Aimerions aimeries aimeroient Amaremus.

4 præſens *Aimaſſe aimaſſes aimaſt*, Amarem, &c.
Aimaſſions aimaſſies aymaſſent.

Præteritũ infectum *Aimoie aimois aimoit*, Amabam & rurſus Amarem:
Aimions aimies aimoient.

Futurum 1 *Aymeray aimeras aimera*, Amabo:
Aimerons aimeres aimeront, amabimus.

Futurum 2 *Aime aime*, ama amato:
Aimons aimes aiment, amemus, &c.

Præteritũ perfectũ *Aymay aimas ayma*, amavi amaviſti, it:
Aimaſmes aimaſtes aimerent, amauimus.

perpetuũ præſ. *Aimer aime aymant*, amare
perpetuũ præt. amatus amans. Gerundiũ.

Primum

Primum igitur ſecundumque præſens duabus tantúm perſonis inter ſe diſcrepant, *Aimons, aimions, aimes, aimies.* Videntur etiam tertiæ perſonæ, in ſingulari itemque in plurali tertii præſentis præteritique imperfecti, *aimoit, aimoient, aimeroit, aimeroient*, nihil differre, ut & futurum ſecundum *Aime, aime, Aimons, aymes, aiment*, ama, amato &c. nihil habere quod proprié ſuum ſit, ſed á primo ſecundoque præſenti omnia eſſe mutuatum. Sed illa quæ diximus *aymoit, aymoient, aimeroit, aymeroient*, tametſi vocis ſono conveniant, tamē *aimeroient*, & *aymeroient*, circumflexum habent in ultima. Præterea in præterito perfecto dialectus eſt elegantiſſima: vulgus enim perſonam ejus primam format per *i*, itemque aliæ perſonæ mutant *a* in *i*, ut etiam in tertio præterito imperfecto ut *Aimi, aymis, aymi*, &c. *Aimiſſe, aimiſſes, aymiſſe.* Penultima vocalis ſimplex, longa in præſenti, in præterito perfecto eſt correpta, ut *i'appēlle, i'ay appĕlle: ie frāppe, i'ay frăppe.* voco, vocavi, percutio, percuſſi. Atque hæc quidem primæ hujus conjugationis analogia eſt in ſexcentis minimúm verbis (etſi ea tantúm é Dictionariis vulgatis ſeligas) primitivis, regularibus parique ratione inflexis. Anomaliam tamen quādam habet ut

Vay vas va, Eo, is, it:
Allons allez vont, Imus itis eunt.
Aille ailles aille, Eam eas eat:

Allions allies aillent, eamus
Iroye irois iroit, Irem res ret,
Irions iries iroient. Iremus.
Allaſſe allaſſes allaſt, Irem, &c.
Allaſſions allaſſies allaſſent
Alloye alloys alloyt, Ibam itemq; irem
Allions allies alloyent,
Iray iras ira, Ibo ibis ibit,
Irons ires iront, Ibimus.
Va aille, I, ito; eat, ito:
Allons alles aillent, Eamus, &c.
Allay allas alla, Ivi iviſti ivit,
Allaſmes allaſtes, allerēt, Ivimus iviſtis &c.
Aller allant, Ire iens.
Sue, ſuons, ſui, ſuer, Sudo, ſudamus, ſudavi, ſudare.

ANNOTATIONES in Cap. XIIII.

Cujus quatuor genera] Idem Sylvius & Pilotus. Conjugationes (ait Sylvius) ſi libet Donati more per infinitivum diſcriminare, nobis uti Latinis erũt quatuor, non ut illis per vocalem ſeu longam ſeu brevem ante *re* poſitam diſcretę, ſed per vocalem vel ſyllabam poſtremam: ut primæ infinitivus ſit *er*, ſecundæ *oir*, tertiæ *re*, quartæ *ir*. Themata poſſunt ab infinitivis nõ inepté formari, infinitivorũ vocẽ ſuggerũt Lexica.

Vocis ſono conveniant] Quin & ſi legitimé ſcribãtur ſcriptura cõveniũt *aimoit, aymoiẽt, aimeroit, aimeroient*, ſic pingi debẽt *eimoet, eimoet, eimȩroet, eimȩroet*, ſed accẽtus circumflexus in poſtremis, ſyllaba ultima (ut in textu dicimus) intelligitur. *I'ay appellé, i'ay*

i'ay frăppé] Simplici *p* iſta ſcribenda ſunt ne producat poſitio quod breve natura eſſe voluit *j'e ape,le,j'e frape.* ut hinc vulgatę ſcripturæ error appareat importuniſſimus.

CAP. 15. *De Secunda Conjugatione.*

SECUNDA conjugatio infinitum habet in *oer*, eaque in ſingulis propé verbis eſt irregularis.

Voy vois voit, Video es et:
Voyons voyes voyent, videmus etis ent.
Voye voyes voye, Videam as at.
Voyons voyez voyent, Videamus.
Voyroye voyrois voyroit, Viderem res ret:
Voyrions voyries voyroient. Viderem⁹ &c.
Veiſſe veiſſes veiſt, Viderem &c.
Veiſſions veiſſiez veiſſent.
Voyoie voyois voyoit, Videbā bas at, & viderē.
Voyons voyes voyoient.
Voyray voyras, voyra, Videbo, bis it:
Voyrons voyrez voyront, videbimus.
Voy voye, Vide videto, videat:
Voyons voyez voyēt, videamus videte &c.
Vei veis veit, vidi, iſti it
Viſmes veiſtes virent, vidimus
Voir veu voyant, Videre viſus videns.
Ar ars ard, Ardeo es et
Ardons ardes ardent, Ardemus.
Ardi ardis ardiſt, arſi.
Ardiſmes ardiſtes ardirent, arſimus.
Ardoir ſive *Ardre*, ardere. Ardāt ardēt, *Ars*

Arſe,uſtus,uſta.

Apparoy apparois apparoit,Appareo,es,et.

Apparoyſſons apparoyſſés apparoyſſent Apparemus.

Apparoyſſoy,apparu,apparoir,Apparebam, apparui, apparere.

Compare,comparu comparoir, Compareo comparui comparere.

Apper appers appert,Pateo,es,et.

Apperons apperes apperent,patemus.

*Apperoye,apperois &c.*pateam pateas &c.

Apperu,patui.

Appercoy; apperceu, apperceuoir, apperceu, Percipio,percepi,percipere,perceptus.

Ay as a,Habeo es et:

Auons aues ont, habemus.

Aye ayes ayt, habeam as:

Ayons ayes ayent.

Auroye aurois auroit,haberem es et:

Aurions auries auroient,haberemus.

Euſſe euſſes euſt,haberem &c.

Euſſions euſſies euſſent.

Auoye auois auoit,habebam bas bat:

Auions auiez auoient,habebamus.

Auray auras aura,habebo is it:

Aurons aurez auront,habebimus.

Aye ayt,habe vel habeto, habeat.

Ayons ayez ayent habeamus,habete,habeāt.

Eu eus euſt,habui:

Euſmes euſtes eurent,habuimus.

Auoir,eu,ayāt,habere, habitus, habēs.

Sie ſiés ſied,Sedeo es:

Seons

Seons ſeez ſeent, ſedemus.
See ſees ſee, ſedeam as:
Seons ſeez ſeent, ſedeamus.
Serroye, ſize ſeoye, Sederem, ſederẽ, ſedebam:
Serray Sedebo, *ſeies* ſive *ſeés*, ſede ſedeto.
Sis ſis ſid, ſedi ſediſti ſedit.
Seoir vel *ſoir* vel *ſir* ſedere.
Seant ſis ſiſe, Sedens ſeſſus ſeſſa.
Sic *Aſſoir* compoſitũ quod idem ſignificat.
Souloye ſoulois ſouloit ſolebam & ſolerem.
Soulions ſoulies ſouloient.
Soloir ſive *ſouloir* Solere.
Che ches chet, Cado is it:
Cheons chees cheent, cadimus itis unt.
Cheoye cadebam & caderem.
Cherray, cheu, choir, cadam cecidi cadere
Meu meus meuſt Moveo es:
Mouuons mouués meuuent ſive *mouuent*
Meuue meuues, moveam as.
Meuueroye, meuuerois, ſive *mouueroye mouuerois*, moverem es.
Meuſſe meuſſes, Moverem es.
Mouuoye mouuois, movebam as.
Meuuray meuuras, ſive *mouuray mouuras* movebo is.
Meu meus. Mouuons. Move moveto, moveamus.
Meu meus meuſt, movi iſti it:
Meuſmes meuſtes meurent, movimus.
Mouuoir mouuant, movere movens.
Vau vaus vault, Valeo (pro præſto, polleo) es et:

Valons valez vallent, valemus.
Vaille vailles, Valeam as.
Vauldroye vauldrois, valerem, es.
Valluſſe valluſſes, valerem.
Valloye vallois valebam bas
Vaudray vaudras, valebo is.
Vaut vaille, Vale valeto.
Valu valus, Valui valuiſti.
Valoir valu vallant, Valere, qui valuit, valens.
Vueil veulx veult, Volo vis vult:
Voulons voulez veulent, volumus vultis volunt.
Vueille vueilles, velim velis.
Vouldroye vouldrois, vellem velles:
Voulſiſſe voulſiſſes, Vellem es:
Vouloye voullois, Volebam bas.
Vouldray vouldras, volam voles.
Vueilles vueille, velis velit.
Volu volus, volui voluiſti.
Vouloir velle. *volu*, ut bene vel malé acceptus, *bien ou mal volu.* quo enim aliter exprimamus Latiné nobis deeſt. *Voulant* volens.
Doy doibs doibt, Debeo es et,
Debuons debuez doibuent, debemus.
Doibue, doibues, doibue, debeam as at:
Debuions debuies doibuent, debeamus atis ant.
Debueroye debueroys, ſive *debroy deburois*, deberem es.
Deuſſe deuſſes, deberem es.

Debuoye.

Debuoye debuois, debebam bas.
Debueray vel *deburay*, debebo.
Deu deubs deubt, debui iſti it.
Debuoir, deu, debuant. Debere, debitus debens.

Quod ſequitur verbum tertia tantúm perſona quidem, ſed utroque numero flectitur.

Deuit deueillent, dolet dolent, ſeu queritur queruntur.
Dueille dueillent, doleat, doleant.
Dueillera dueilleront, dolebit, dolebunt
Dueilloit, deuilloient, aut *douloit douloient*, dolebat dolebant.
Doulu doulurent, doluit doluerunt.
Doloir ſive *douloir*, dolere.
Dolu qui doluit: *dolent dolente*, dolens in communi gen.

Quæ item ſequũtur duo imperſonalia ſunt, *chault chaille chailloit:* Refert vel intereſt: interſit, intererat.
Chauroit, intereſſet, *chaluſſe*, intereſſet, *chaura*, intererit, *challu*, interfuit, *challoir*, intereſſe.
Faut faille failloit, oportet oporteat oportebat
Faudroit oporteret, *Falluſſe* oporteret, *faudra* oportebit, *fallu* oportuit, *failloir* oportere.

Cap. 16. *De tertia Conjugatione.*

Tertia conjugatio eſt quæ in infinitivo præſenti habet *re*. ut

Cognoy, cognois cognoit, Cognoſco is.
Cognoiſſons cognoiſſes cognoiſſent.
Cognoiſſe cognoiſſes cognoiſſe, cognoſcam as:
Cognoiſſions cognoiſſies cognoiſſent.
Cognoitroie, cognoitrois, cognoitroit, cognoſcerem es:
Cognoitrions cognoitries cognoitroient.
Cogneuſſe cogneuſſes cogneuſt, cognoſcerem:
Cogneuſſions cogneuſſies cogneuſſent.
Cognoiſſoye, cognoiſſois, cognoiſſoit, cognoſcebam as:
Cognoiſſions cognoiſſies cognoiſſent.
Cognoiteray cognoiteras cognoitera, cognoſcā
Cognoiterons cognoiteres cognoiteront.
Cogneu cogneus cogneut, cognovi:
Cogneuſmes cogneuſtes cogneurent.
Cognoy cognoiſſe, cognoſce cognoſcito:
Cognoiſsons cognoiſses cognoiſſent, cognoſcamus cognoſcite.
Cognoiſtre, cogneu, cognoiſſant, cognoſcere, cognitus, cognoſcens.

Duplicis generis Anomalia hîc eſt. Alia ante *re* ſyllabam vocalem quandam habēt, flectunturq; hac forma.

Eſcrire *Eſcri eſcripts eſcript.* Scribo is.
Scribere *Eſcripuons eſcripues eſcripuent.*
Raire *Ray rays rayt*, Rado is:
Radere *Raſons raſes raſent.*
Rire *Ri ris rit*, Rideo es:
Rions ries rient.
Faire *Fay fays faict*, facio is:
Faiſons faictes font.

Frire

Frire *Fri fris frit*, frigo is:
Frions fries frient.
Tayre *Tay tays tayt*, Taceo es:
Tayſons tayſés tayſent.
Traire *Tray trays trayt*, mulgeo, traho:
Trayons trayes trayent.
Sic Retrahere *retraire.*
Dire *Di dis dict*, Dico is:
Diſons dites dient vel *diſent.*
Croire *Croy crois croit*, credo is.
Croyons croyes croyent.
Boire *Boy boys boyt*, bibo is:
Buuons buuez boyuent. (ciferor:
Braire *Bray brays brayt*, clamo, gemo vo-
Brayons brayés brayent.
Bruire *Bruy bruys bruyt*, perſono, murmuro, ſtrepo.
Bruyons bruyes bruyent.
Plaire *Play plays playt*, placeo es:
Playſons plaiſez plaiſent.
Alia ante *re* conſonantem habent *R, V, T, D, P*, eaque varii admodum ſunt generis.
Suiure *Suy ſuis ſuit*, ſequor eris:
Suiuons ſuiués ſuiuent.
Viure *Vi vis vit*, vivo is:
Viuons viués viuent.
Eſtre *Suis es eſt*, Sum es eſt:
eſſe *Sommes eſtés ſont.*
Soye ſois ſoit, ſim ſis ſit:
Soyons ſoyes ſoyent.
Seroye ſerois ſeroit, eſſem es et:
Serions ſeries ſeroyent, eſſemus.

Fuſſe fuſſes fuſt, eſſem.
Fuſſions fuſſies fuſſent.
Eſtoye eſtois eſtoit, eram as.
Eſtions eſties eſtoient.
Seray ſeras ſera, ero is.
Serons ſerez ſeront.
Soys ſoit, Soyons ſoyes ſoyent. Sis eſto ſimus eſte ſint.
Fu fus fuſt, fui fuiſti it.
Fuſmes fuſtes furent.
Eſtre eſte eſtant, Eſſe, qui fuit, ens vel exiſtens.

Mettre *Me mes met*, Pono is.
Mettons mettez mettent.

Tiſtre *Ti tis tiſt*, Texo is.
Tiſons tiſſe tiſſent.

Croiſtre *Croy crois croit*, Creſco is.
Croiſſons croyſſes croyſſent.

Clorre *Clo clos clot*, Claudo is.
Cloons cloes cloent.

Similiter *Eclorre*, excludere, & potiſſimum pullos excludere *Enclorre Forclorre*, includere, excludere. Dicimus tamē *conclurre exclurre*, concludere excludere.

Batre *Ba bas bat*, verbero as.
Batons batez batent.

Paiſtre *Pai pais paiſt*, Paſco is.
Paiſſons paiſſes paiſſent

Aherdre *Aher ahers ahert*
Aherdons aherdes aherdent.

Quæ ſequuntur quinque habent, *gnons gnes gnent*, in plurali.

Ioindre

Joindre *Ioing ioings ioingt:* jungo is:
Joignons ioignes ioignent.
Feindre *Feing feings feingt:* fingo is:
Faignons faignes faignent.
Craindre *Crain crains craint:* Metuo is:
Craignons craignes craignent.
Peindre *Pein peins peint:* Pingo is:
Peignons peignes peignent.
Poindre *Poin poins point:* pungo is:
Poignons poignes poignent.
Meudre *Meu meus meut:* molo is.
Meulons meules meulent. vel *Moudre moul mouls mould, moullons moulles meullent:*

Quæ ſequuntur habent *dons* in plurali.
Eſteindre *Eſtein eſteins eſteind:* Exſtinguo is.
Eſteindons eſteindes eſteindent.
Enfraindre *Enfrein enfreins enfreind*, Infringo is:
Enfreindons enfreindes enfreindent.
Eſpardre *Eſpar eſpars eſpard:* Spargo is:
Eſpardons eſpardes eſpardent.
Eſpandre *Eſpan eſpans eſpand:* effundo is:
Eſpandons eſpandes eſpandent.
Semondre *Semon ſemons ſemond:* Invito as:
Semondons ſemondes ſemondent.
Souldre *Sou ſous ſould:* Solvo is. cum accuſ.
Soluons ſolues ſoluent, vel *Soudons ſoudez ſouldent.*
Rateindre *Ratein rateins rateint:* Attingo, is. fugientem.
Rateindons rateindez rateindent.

Reſpondre *Reſpon reſpons reſpond:* Reſpondeo es:
Reſpondons reſpondez reſpondent.
Rendre *Ren rens rend,* Reddo is.
Rendons rendés rendent.
Mordre *Mor mors mort:* Mordeo es:
Mordons mordes mordent.
Fendre *Fen fens fend:* findo is:
Fendons fendes fendent.
Fondre *Fon fons fond:* liquefacio is:
Fondons fondes fondent:
Tendre *Ten tens tend:* Tendo is:
Tendons tendes tendent.
Tordre *Tor tors tord:* diſtorqueo es:
Tordons tordez tordent.
Tondre *Ton tons tond:* tondeo es:
Tondons tondés tondent.
Pendre *pen pens pend:* pendeo es:
Pendons pendes pendent.
Pondre *Pon pons pond:* ova pario ſive pono:
Pondons pendes pondent, vel *ponons pones. ponre* ova edere vel parere, *ponu* ovum æditum *vn œuf ponu.*
Coudre *Cou cous coud:* Suo is:
Couſons couſés couſent.
Vaincre *Vainc vaincs vainc:* vinco is:
Vaincons vainques vaincquent.
Prendre *Pren prens prend:* capio is, Sumo.
Prenons prenes prenent.
Prin prins prind: ſumſi ſumſiſti, ſit:
Priſmes, priſtes prinrent ſive *prirent.*
Rompre

Rompre Romp romps rompt: frango is:
Rompons rompés rompent.

CAP. 17. *De quarta Conjugatione.*

QUARTA Conjugatio ea eſt quæ infinitum præſens habet in *ir.* ut
Baſti baſtis baſtit: ſtruo is: Ædifico as:
Baſtiſſons baſtiſſes baſtiſſent.
Baſtiſſe baſtiſſes baſtiſſe : Ædificem es, ſtruam as:
Baſtiſſions baſtiſſiez baſtiſſent.
Baſtiroye, baſtirois baſtiroit : Ædificarem es:
Baſtirions baſtiriez baſtiroyent.
Baſtiſſe baſtiſſes baſtiſt: Ædificarem:
Baſtiſſions baſtiſſiez baſtiſſent.
Baſtiſſoye baſtiſſois baſtiſſoit: Ædificabam as:
Baſtiſſions baſtiſſiez baſtiſſoyent.
Baſtiray baſtiras baſtira: Ædificabo is:
Baſtirons baſtirez baſtirent.
Baſti baſtis baſtiſt: Ædificavi.
Baſtiſmes baſtiſtes baſtirent.
Baſtir, baſti, baſtiſſant. Ædificare, Ædificatus, Ædificans.

Sic *Partir*, partiri, *Gaudir*, gaudere. *gaudir & faire groſſe chere* Prægræcari: *ſe gaudir d'aucun* Jocari.

Hæc Conjugatio ſuas habet etiam Anomalias: Quædam enim ante *ir* aliquam vocalem habent, ut *e* & *u.*

Hair Hay hais hait: odi in tempore præſ.
Hayons hayes hayent.

Ouyr *Oy oys oyt:* Audio is.
Oyons oyes oyent.
Fuir *Fui fuis fuit*, fugio is:
Fuyons fuyez fuyent.
Puir *Pu pus put:* fœteo es:
Puons puez puent.

Quædam ante illud ipſum *ir* conſonantem habent ut *s.Z.r.l.m.n.v.t.*

Iſſir *Iſſons iſſes*, orimur, orimini ſine ſingulari.
Geſir *Gi gis git:* jaceo es:
Giſons giſez giſent.
Ferir *Fier fiers fiert:* ferio, percutio. is:
Fierons fierez fierent.
Offrir *Offre offres offre:* Offero offers:
Offrons offrez offrent:
Souffrir *Souffre ſouffres* ſive *ſeuffres, ſouffre:* Suffero:
Souffrons ſouffrés ſouffrent. toleramus.
Mourir *Meur meurs meurt:* morior, eris:
Mourons moures meurent.
Courir *Cour cours court:* Curro is:
Courons courés courent.
Salir *Sali ſalis ſalit.* Sordido as:
Saliſſons ſaliſſez ſaliſſent.
Saillir *Sau ſauts ſaut:* ſalio ſalis it. ſalto as.
Saillons ſaillez ſaillent.
Faillir *Faul faults fault:* erro as:
Faillons faillez faillent.
Bouillir *Bou bouts boult:* bullio is.
Bouillons bouillez bouillent.
Dormir *Dor dors dort:* dormio is:

Dormons

Dormons dormez dorment.
Venir *Vien viens vient:* Venio is:
Venons venez viennent.
Tenir *Tien tiens tient:* Teneo es:
Tenons tenez tiennent.
Seruir *Ser ſers ſert:* Servio is:
Seruons ſeruez ſeruent.
Sortir *Sor ſors ſort:* Exeo is:
Sortons ſortez ſortent.
Veſtir *Vet vets veſt:* Veſtio is:
Veſtons veſtes veſtent.
Partir *Par pars part:* Proficiſcor eris.
Proficiſci *Partons partez partent.*
Naſquir ſive *naiſtre:* Naſci.
Naiſſons naiſſez naiſſent. Naſcimur naſcimini naſcuntur.
Atque hæc de Conjugationibus verborum dicta ſint.

CAP. 18. *De Adverbio.*

ETYMOLOGIA nominis breviſſima viſa eſt, verbi etymologia prolixior, atque in ejus inflexionibus Anomaliiſque confuſior: Atque hoc pacto vox numeri expoſita eſt, ſequitur vox ſine numero quæ nullum numerum adſignificat, ea eſt Adverbium aut Conjunctio. ADVERBIUM eſt vox ſine numero, quæ voci alii adjungitur, eſtq; quãtitatis aut qualitatis. Quantitatis ut *aſſes* ſatis: *entre-deux* utcunque, inter utrumque *moyennement*, mediocriter *moins* minus *tant*, adeó tantúm: *totalement*, omnino *trop*,

par trop nimis,nimiúm,*bien* multúm *pas* pro *point*.ut *pas trop mal* non malé.*peu*,*trop peu*, parúm,minimúm:*point* id eſt *nullement* nihil minus:*point trop*, nihil nimis:*point encore*,nondũ,*prou* ſatis.*plus* plus.*beaucoup* multúm. Specialis quantitas eſt,ut in numero: *premierement*,primúm,*ſecondement* ſecũdó: *tiercemẽt* tertió: *vne fois deus fois*,ſemel bis: Deinde in tempore atque loco. Temporis adverbia plura ſunt,ut *Apres* póſt: *Enapres* poſtea, tum, *auiourd'huy* hodie,*alors* tum, *adoncques* tunc,*auprime* nũc demum,*auant deuant*, priús. *parauant auparauant* priuſquam,*parſideuant*, antehac hactenus,*apres* dein,deinde, *entretemps* intereadũ, *hier* heri,*huy auiourd'huy*, hodie, *meſui* quaſi *tout de iour* tota die. Vox Lotharingis valde familiaris.*Incontinant* confeſtim, *Ores* modó, nunc.*Oraprime orprime* mododum,*encores* adhuc,*oncques* unquam, *cependant* interea *ſiprisſimi* ilico.*au ſoir*,*de ſoir* ſeró,*ſouuent* ſæpe, *longuement* diu,*matin*, *au matin* mané. *de matin* , *du matin* de mane, *maintenant*, nunc,*ia* iam. *Iadis* olim. *iamais* unquam. *Iournellement* quotidie: *veſpre*, *de veſpre*, *à veſpre*,veſperi, *tandis* intereadum, *toſt tantoſt*,citó repente.*demain* cras,*lendemain* poſtridie,*doncques*,*adoncques* tum. *quand* quãdo,*guere* paulúm,*piecà*,dudum,*puiſque* cúm *puis apres* poſtea,*depuis* exinde poſtea,*apreſque* poſteaquam,*a coup* citó propere,*Adés* moxjam,hac voce Lotharingi pro ſemper utuntur.

utuntur. Loci, ut *Arriere* procul, *ailleurs* alibi, *avart* ſeorſum, *ens* intus, *ceans* ut *eſt-il ceans*? vel *n'eſt-il pas ceans*? Anne eſt intus? videretur ſcribendum *cy*, *ens* tanquam diceretur *cy dedans* hic intus, *dedãs* intus vel intrá, *Dehors* foris extrá, *ci dedans* hic intrá, *la dedans* intró *I*, ibi. *Icy* hîc, *où*, ubi: *çà*, hâc: *deçà*, cis & citrá, *ença* abhinc, *pardela*, *pardeçà* ultrá citráque, *Cy*, hîc: *d'icy*, hinc. *parcy* hac *veyci voila*, en ecce. *là* ibi. *yla* illic: *illec* illic vel illuc, *le ans* intró *haut d'enhaut*, ſuperiús ſuperné. *bas enbas* infrá, inferiús. *dont*, unde *vis a-vis*. é regione ex adverſo. Qualitas eſt ut *Abondamment* affatim abundé. *ſecretement* clam clanculum. *ſeurement* tutó. *facilement* facilé, *vaillamment* ſtrenué, *doucemẽt* ſuaviter leniter, dulciter, *bellement* lenté ſenſim cunctanter, in quib. adverbiis primitivi ſervatur vocalis. *Iuſtẽ Iuſtement*, iuſtus iuſté *aiſé ayſẽment* facilis facilé. Alia ſunt etiam Qualitatis genera, ut in Affirmatione, negatione *Si* ut *il dit que ſi*, affirmat ſic eſſe. *certes* certé. *voire* ut *In ian voire* ita hercle, *voire dea*, vel *ouy dea* (per Ironiam) ſcilicet. videtur á Græcorum μὰ Δία per Jovem fluxiſſe. *mon* ut *ſçauoir-mon* utrúm. *ceſt-mon*, ita eſt. *nani*, *nanim*, haud haudquaquã *ne* ne, *ni* neq; *non* non minimé. Appellandi ratione, optatione, hortatione *He hau haula hola* (interjectiones ſunt vocandi) O ſi (optandi particulæ) *auant* ut *venes auant* adeſdum. ſimiliter *Orauant*, *ſus*, *orſus*, eja age *la la* ſic ſic Ger-

manis *ſo ſo:hay hayauant* agite agitedum, hortandi ſunt voces & feré interjectiones. Similitudinis *Ainſy, tout ainſy* ſicut ſicuti. *Si quaſi comme*, ut velut veluti, *pres* ut *apeupres* feré pené, *preſques* ferme. Quæ item Interjectiones dicuntur ſunt etiam Adverbia, eaſque Græci hac in parte meliús quám Latini huc retulerunt. ut *ai ah las helas*: hei heu. *o fi* indignantis ſi quid fœtet, minúſve arridet. *ha, hau, hai, he, ha, habe, hoy, hola* (ridendi iſta ſunt & exultandi) *St*, ſilentii indicium. *Rr.* ad irritandum canes videtur comparatum. *Trr.* ad fugandum aves. Tum quæ Præpoſitiones dicuntur cenſentur Adverbia, & quidem feré loci & temporis. ut ſunt *a au aulx* ad apud: *auecques*, cum. *en es* in *entre* intra, *oultre* ultra *ſans* ſine abſque. *ſelon*, ſecundum, *ſoubs*, ſub. *ſur* ſuper, *chez* apud, ut *chez moy*, apud me domi meæ. *de chez moy* á me. *iouſte* juxta. *iuſques* uſque, *vers*, verſus, *enuers* erga, *deuers par deuers* ut *par deuers vous*, ad te: *de deuers Orient* ab oriente, *hors dehors* extra, *de des* ab. e, ex. *deca dela* cis citra. *derriere* poné *deſſous* ſub. *deſſus* ſupra, *deuers*, ad apud. *au contre* contra, *alencontre encontre* adverſus vel adverſum, contra. *par* per, *pour* pro. *pres* juxta, ut *pres de toy* juxta te. Item quædam inſeparabiles, ut *Re for* in *retenir* retinere. *reuiure* reviviſcere, *forligner* degenerare, *forfaire* peccare, *forclorre* excludere.

CAP.

Cap. 19. *De Conjunctione.*

CONJUNCTIO eſt vox ſine numero qua orationis multiplicis partes conjunguntur. Ea eſt enunciativa aut ratiocinativa. Enunciativa qua Enunciationis partes conjunguntur, partim congregativa partim ſegregativa. Congregativa eſt qua partes tanquam ſimul veræ congregantur, & quidem copulativa aut conditionalis, Copulativa eſt qua partes abſoluté copulantur, ut ***Et*** & ***auſſy*** etiã, ***ainſi***, ***ainſique*** ſic ſicut ſicuti, ***que*** quám, ***ſelonque*** ſecundũ quod, ***ne ni*** nec neque, ***ceſt à ſçauoir*** ſcilicet videlicet, ***encores***, ***outreplus dauantage*** item itemq; prӕterea, ***apres enapres***, deinde prӕterea. ***Or***, ***ores***, verũ, etenim. Conditionalis eſt qua pars conſequens ex antecedentis conditione connectitur, ut ***Si***, ***ſe***, ***ſine***, ***ſi non***, ***ſinonque***. ſi, ſin, ni, niſi. Eſt & conjunctio temporis conditionali valde affinis, ut ***pendant tandis*** interim interea. Segregativa eſt qua enunciationis partes velut non ſimul veræ ſegregantur, & Diſcretiva eſt aut disjunctiva. Diſcretiva qua partes ratione tantúm ſegregantur ut ***Mais*** ſed: ***Combienq;*** etſi, ***ains ançois*** ſed, ſedetiam ***iacois*** quamquam, ***toutefois*** tamen, ***a tout le moins***, ***pour le moins*** ſaltem. ***Or Ores*** modó ***quant a ceque***, quantum ad id quod. Disjunctiva qua partes ipſæ ita ſegregantur, tanquam una tantúm vera eſſe poſſit ut ***ou*** aut ***autrement*** ſecus. Ratiocinativa eſt qua ra-

tiocinationis pars alia ex alia velut aſſeritur, ea rationalis aut cauſſalis appellatur. Rationalis, qua ex antecedente conſequens concluditur ut *dont donq*, *donques ordonques*. Ergo itaq;, ideo igitur, *parquoy, pour ce, pourautant, partant, pourcela, parainſy*, quare, quamobrẽ, quapropter quocirca, propterea. Cauſſalis qua antecedens rei cauſſa redditur, ut *car parceque*, *afinq, puisque* enim enimvero, etenim, ut, ſi, quidem, namque.

GRAMMATICÆ
LATINO-FRANCICÆ
LIB. I. FINIS.

TYPUS

TYPUS ALTERIUS
PARTIS GRAMMATICÆ.

Syntaxis altera pars Grammaticæ eſt

- Nominis cum
  - Nomine ubi cōſideranda
    - Anomalia varia ſub finem cap.1.
    - Convenientia
      - Articuli eaq; varia cap.2.
      - 2.
        - Cōparationis cap.3.
        - Pronominũ de quibus lōgé lateq; cap.4.
  - Verbo in Numero & perſona cap.5. ubi
    - 1 Nota Anomaliam
      - Ordinis cap.6.
      - Numeri & perſonæ cap.7.
    - 2 de
      - Verbo
        - Infinito
        - imperſonali cap.8.
      - 2 De Participio cap.8.& 10.
- 2.
  - 1
    - Adverbii cum ſingulis quibus adjungitur vocibus cap.11.
    - Præpoſitionum quæ inter Adverbia numerantur cap.12.
  - 2 Conjunctionis in rerũ junctarum ordine ubi nota
    - Convenientiam ordinis cap.13.
    - Figuras
      - Polyſintheton
      - Aſyntheton
- Cap.14.de formis orationis agitur.

GRAMMATICÆ LATINO-FRANCICÆ LIBER II.

Cap. I. *De Convenientia nominis cum nomine.*

EXPOSITA eſt Etymologia ſuis partibus: Syntaxis jam dicenda eſt. Syntaxis eſt Grammaticæ pars altera quæ vocũ ſtructuram interpretatur, totaque feré in convenientia mutuaque proprietatum communione, ut nominis cum nomine vel verbo, Adverbii cum omnibus quibus adjungitur vocibus, conjunctioniſque in junctarum inter ſe rerum ordine, cernitur.

Convenientia nominis cum nomine eſt in numero & genere. ut *homme prudẽt, femme prudente, homme religieux, femme religieuſe, hommes religieux, femmes religieuſes,* homo prudens, femina prudens, vir religioſus, mulier religioſa, viri religioſi, feminę religioſæ. Qua in re ut & omnino in univerſa

Franci-

Francica Grammatica, ſumma ordinis habenda eſt ratio, nec enim iſta *vin blanc, bonnet rouge*: vinum album, pileum rubrum, Picadorum in morem ita efferes *blanc vin, rouge bonnet.* Sed ut in Etymologia, ita in Syntaxi anomalia frequens eſt, aliás enim ſubſtantivum, aliás adjectivum reticetur, ut *deux armées empeſchent, l'une de la ville, l'autre de la Gaule.* Exercitus hoſtium duo, unus ab urbe, alter á Gallia obſtant, hîc intelligitur *l'une armée, l'autre armee.* unus exercitus, alter exercitus. *Il eſt iſſu de treſnoble pere, ayeux, maieurs:* clariſſimo patre natus, avis, majoribus. hîc intelligis *treſnobles ayeux, treſnobles majeurs.* nobiliſſimis avis, nobiliſſ. majoribus. Adjectivum pro ſubſtantivo ſæpiús uſurpatur, ut *le chaut, le froid*, calidum frigidum, pro *la chaleur, la froideur.* calore frigore. Interdum duo ſubſtantiva ſeſe conſequuntur, quemadmodũ & Latinis. *Charles Roy de France.* Carolus Francorum rex.

Anomalia numeri eſt dum ſingularia multa habentur pro uno plurali. *Iean & Pierre mes freres ſont venus*, Joãnes & Petrus fratres venerunt. *Les Gaſconts nouueau ſoldat.* Celtiberi novus miles. Anomalia generis eſt cúm duo ſingularia, alterũ maſculinum, femininum alterum uni plurali maſculino junguntur, *Mon pere & ma mere ſont mors*: pater & mater ſunt mortui. Anomalia item eſt in hiſce loquendi formis*: a la Sainct Iean: apres la Touſſaincts.* Ad Divi Jo-

annis. poſt Sanctorum omnium, ubi intelligis *feſte le*, feſtum.

ANNOTATIONES ad Cap. I.

In Syntaxi Francica eatenus præcepta ſunt utilia, quatenus recepti ſermonis uſum conſuetudinemq; explicant, neque enim novare quicquam licet aut pro arbitrio confingere, neque á bene Francicé loquentium conſuetudine facilé eſt recedendum. Hanc veró tam neceſſariam tamque utilem Grammaticæ partem bonus Pilotus non attigit, per adverbia, præpoſitiones & conjunctiones variis linguę Latinæ phraſibus exponendis eſt pervagatus, quas é lexicis & Dictionariis peti potuiſſe ipſe author eſt có loci, ubi de Partibus indeclinabilibus agit. Sed Sylvium ea in re anteſignanum habuerat. *Ordinis*] Et quidem naturalis quo ſubſtantivũ & ſuppoſitum antecedunt adjectivum & appoſitum, eóque ſit ut lingua noſtra, non tot, quot Græca & Latina, hyperbatis, ſit obnoxia. *Picardorum*] Quin & Lotharingi qui hac in parte multis in rebus cum Picardis conſentiũt, præpoſito hac ratione adjuncto feré loquuntur. *Clariſſimo patre*] Figura hîc á Grammaticis aſtruitur, quæ Græca voce ab ipſis zeugma, Latiné adjunctio ſive connectio, Francis *liaiſon* appellatur.

Adjectivum] Subſtantivatur in neutro genere, ut loquuntur Gramm. *Interdum duo*] Figura item Grammaticis eſt quæ Appoſitio dicitur: adverſus quam Ram. lib. 20. Schol Gramm. ubi de Syntaxi.

Joannes & Petrus] Conceptio ſeu Sylleplis numerorum vulgó. *Ad divi Joannis*] Hæc ad Eclipſin pertinent. ut Cic. 2. Philip. Quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat; intelligis templum vel ædem. de his illud eſt Deſpauterii.

Supprimit orator quæ ruſticus edit inepté.

CAP.

CAP. 2. *De Convenientia Articulorum.*

ATQUE hæc quidem Græcis Latiniſque cum Francis ſunt communia, præter ordinem, quem ſæpe illi propter orbem numeroſum, tranſpoſitis hinc inde vocabulis invertere conſueverunt: convenientia articulorum & Comparativi peculiaris eſt.

Articulus quidem nominibus communibus, pronominibus *mien, tien, ſien, noſtre voſtre, Quel meſme*, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, qualis, idem. Itemque verbis infinitis quæ pro nominibus habentur, atque adverbiis præponi ſolet. ut *l'homme, les hommes, la femme, les femmes, le mien, le tien, le ſien, le noſtre, le voſtre, lequel, laquelle, le meſme, la meſme, le boire, le manger, le deſſus, le deſſoubs, le dedans, le dehors*, homo, homines, mulier, mulieres, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, qui, quæ, idem, eadẽ, potus, cibus, pars ſuperior, inferior, interior, exterior: & tum articulus interdum geminatur, ut *vous le defendés le meſchant, vous la meintenes la ruſée.* Atque etiam illum tueris ſceleſtum. Hanc defendis impuram aſtutam. Servit etiam vocativo ut *l'hoſte venes ça*, hoſpes adeſdum. *Eſcoutés la belle fille.* Audi bella virgo. Articulus interdum per Synecdochen nomen communius ad ſpeciale reſtringit, uti cùm dicimus *Le Roy a commandé de poſer les Armes*, Rex arma poni jubet, intelligitur *Charles* Carolus.

Item quoties dicimus, *Le Seigneur ſoit loué par tout*, Laus Domino in omnibus, *Dieu* Deum, dominantium dominum intelligimus. Sed nominibus communibus articulus non ſemper præfigitur: Primúm ſi nomé commune regatur á prçcedenti nomine vel verbo, eoque activo ſive ſubſtantivo, ut *c'eſt vn liure de Grammaire*, liber eſt Grammaticę. *vous connoiſſés homme riche de cent mille eſcus*, hominem cognoſcis aureorum centum millia poſſidentem. *Il veut deſpendre or & argent*, vult conſumere aurum & argentum, *Ie ſuis præcepteur, vous eſtes diſciples*, ſum præceptor ego, vos diſcipuli, *Il ny a animal qui ne ſoit homme ou beſte*. Animalium quodlibet homo aut bellua. Dicimus tamen *Ie ſuis maiſtre de ceans*, & *Ie ſuis le maiſtre de ceans*, domus dominus ego ſum. Secundó ante adjectivum nominum communium: uti *l'homme vertueux*, *l'homme ſaige*, homo virtute præditus, homo ſapiens, non autem *l'homme le vertueux*, neque *l'homme le ſage*. Dici tamen conſuevit, *Noſtre Sire le Roy*. *Monſieur le Duc*, Dominus, ſeu tanquam ſenior noſter, Rex, Dominus Dux. Tertió, participio tempus adſignificanti articulus non præponitur: ut *le Roy eſtant a Paris ſe loge au Louure*, Rex dum Lutetiæ degit regiam inhabitat: participio veró tempus non adſignificanti opportuné articulus præfigitur: ut *l'aymant*, *la deſolee*, Amans, afflicta. Contrá articulus propria fluviorum regionumque

numque nomina antecedit, ut *le Roſne, la Seine, la France, la Picardie*, Rhodanus, Sequana, Francia, Picardia. quanquam abſque articulo dicimus, *il coulle au Roſne, en Seine.* influit in Rhodanum, in Sequanam: *Tu t'en vas en Italie, en France.* In Italiā, in Franciam pergis. Quin & in propriis virorum feminarumque nominibus emphaſis cauſſa explicari poteſt. ut *I'ay veu le Guillaume, la Katherine que vous dites*, Quem tu Gulielmum, quam Katherinā dicis, ipſe vidi: quanquam vocula (*ce*) ille, aut (*ceſte*) illa, non malé ſubſtitueretur. ut *ie cognois*, novi, *ce Guillaume, ceſte Katherine que vous dites.* Præterea adjectivum proprii nominis præcedere poteſt. ut *Alexandre le grand*, Alexander Magnus. *Helene la bella*, bella Helena, id eſt qui vocatur Magnus, quæ vocatur Bella. *La, le, les*, nonnunquam relativa ſunt in accuſativo ante verbum, ut *Tu priſes honneur & vertu, & ie le priſe ie la priſe.* Honorem virtutemque colis, & illum colo, illam colo. Particula (*le*) eſt non raró relativum, nominativo caſu, generis & numeri utriuſque. *Tu es liberal, Ie le ſeray, il le ſera, elle le ſera, nous le ſerons, vous l'eſtes & ſe ſeres ils le ſeront.* Tu liberalis es, & ego ero, ille erit, illa erit, nos erimus, vos eſtis & eritis, illi erunt: non autem, *ils les ſeront, vous les eſtes*, quamquam aliud hîc præcipiat turba Grammaticorum. *Les e* brevi longove vocabula quæ á vocali incipiunt indifferenter antecedit, ut

les hommes,les hõneurs; les annales, homines, honores, annales. *Les* (*e* longo) præfigitur vocabulis á conſonante incœptis, ut *les maris,les femmes,*mariti,feminæ.

ANNOTATIONES ad Cap. II.

Le boire le manger]Hoc tanquam novum & pené inſolitum loquendi genus ſed in primis elegans & venuſtum Bellajus annotavit lib.illuſtrationis linguæ Gallicæ. 2.cap.9. *Vſes donques hardiment*(ait) *de l'infinitif pour le nom comme l'aller le chanter le viure le mourir*,utere inquit, audacter infinitivo pro ipſo nomine ut (tanquam diceres) ipſum ire, canere,vivere,mori:item adjectivi ſubſtantivati(dequo cap.ſup.)meminit in hæc verba.*Vſe de l'adiectif ſubſtantiué, comme le liquide des eaux, le vuide de l'air le frais des ombres,l'eſpés des foreſt,l'enraié des cimballes:* tanquam diceres liquidum aquarum, vacuum aëris,umbrarum frigidum, denſum ſilvarum, raucum cymbalorum. *Noſtre Sire le Roy*] Franci hoc nomine *Sire*, Regem appellant, nec ei nomen (*Monſieur*)attribuunt: ſunt qui á ſeniore deducãt & *Sire* & *Monſieur*,derivent, *Monſieur* quaſi *mon Sieur* mi ſenior,quod ut de hoc facilé conceſſerim,ita vocabulum *Sire* per *y Syre* ſcribi malim, ejuſque á nomine κύριος Dominus originem repetere,ut ſit *Syre* pro *Cyre*. *Louure*] Caſtrum ſeu Regia Pariſiorum.

CAP. 3. *De Comparativo & Superlativo.*

ATQUE in iſta quidem articulorum nominibus communibus jungendorum ratione, tribus illis exceptis caſibus, Græcis pares

pares, Latinis longé ſuperiores ſumus: ita ut non modó nobis cum Græcis magna intercedat neceſſitudo, verumetiam aditus ad linguæ illius penetralia nobis pateat facillimus. Sed ad comparativum accedamus.

Comparativus partibus comparatis convenire debet, exigitque tantummodo particulam (*que*) quám, adhibito *plus*, vel *moins* plus, minus. ut *le Lyon eſt plus fort que le bœuf* Leo eſt fortior bove. *Hannibal eſt plus ruſé que les Romains.* Hannibal eſt magis verſutus quám Romani. Hîc, comparativus (*fort*) convenit rebus comparatis, Leoni videlicet & bovi, hoc adhibito vocabulo *plus*. Latini comparativum diverſæ qualitatis duplicem conjungunt. Salubrior ſtudiis quám dulcior, id eſt, *plus profitable aux eſtudes que plus doux:* Nos veró comparativum cum adverſæ qualitatis poſitivo annectimus. ut *Il eſt plus ſage que tu n'es fol*, ſapientior eſt quám tu ſtultus. *Il eſt plus fol que Salomon n'eſt ſage*, Inſipientior eſt quám Salomon ſit ſapiẽs. Comparativo interdum abutimur, ut *la mer maieur eſt plus douce que toutes les autres mers:* mare majus, ponticum ſeu Euxinum dulcius eſt quám ullum aliud. hoc eſt minús amarum. *Meilleur, mieux, pire, pirement*, melior, melius, pejor, deterius comparativam ſignificationem retinẽt. *Il eſt meilleur, Il eſt mieux, il eſt pire, il eſt pirement*, melior eſt, melius, pejor pejus. Item *mageur d'age, mineur d'age*, major annis, minor annis,

moindre que toy,moins que toy,minor te, minus quàm tu. Sic *Superieur a moy,inferieur a toy*,ſuperior me, inferior te: Plebejis hominibus excidit nonnunquam *plus meilleur*, plus melior: pro *meilleur* melior. ut & ipſis Græcis contigit ut dicerent μᾶλλον βέλτιον. qui ſæpe etiam comparativum pro poſitivo uſurpant,quod & nobis in dictione *pire* uſuvenit,dum,*il n'eſt pas pire*. non eſt pejus,pro *il n'eſt pas mauuais*, minimé malũ eſt enunciamus. Superlativus duabus formis exprimitur,primúm enim ſimplex abſolutũq; eſt, ut *Treshonore*, *treſſauant*, maximé honorandus,eruditiſſimus,ut & Græci & Latini dicunt τρισόλβιος *tresheureux*,beatiſſimus, trifurcifer, triveneficus, tanquam diceres Francicé *treſpendart treſ-empoiſonneur*,adeó ut noſtrum *tres*,Latinorum adverbio ter æquipolleat,quod ipſum etiam expreſſit Virgilius

— *O terque quaterque beati.*

Altera veró forma, Superlativus præfixo *Plus* vel *moins*, vocabulo exprimitur,articulo nomini recto quod regitur conveniente. *Achilles eſt le plus beau de tous les Grecs*. Achilles eſt Græcorum formoſiſſimus. *Therſites eſt le plus laid de toute l'armée.* Therſites eſt in toto exercitu maximé deformis. *C'eſt bien la plus gratieuſe creature que vous viſtes onques*, Hominum eſt quos unquam ſis intuitus humaniſſimus.

ANNO-

ANNOTATIONES ad Cap. III.

Tribus illis exceptis caſibus] Tres illi caſus, ne quid hîc Lectorem remoretur é ſuperiori capite repetendi veniunt, ubi ſic habetur. *Nominibus communibus articulus non ſemper præfigitur.* 1. Si nomen commune regatur á præcedenti nomine vel verbo, eoque ſubſtantivo ſive activo: ut *c'eſt vn liure de Grammaire.* Grammaticæ liber eſt. 2. Ante adjectivum nominum communium, uti *l'homme vertueux*, homo probus: nec enim dicimus *l'homme le vertueux.* 3. Articulus non præponitur participio tempus adſignificanti, ut *le Roy eſtant à Paris ſe loge au Louure.* Rex Lutetiæ degens, &c.

Cap. 4. De Convenientia Pronominum.

GALLICISMOS adhuc, & tanquã Franciſmos venuſtatis cujuſdã elegantiæq; plenos in articulis comparativiſque Francicis habuimus: idem in Pronominum Syntaxi, opinor, nobis eſt expectandum. Francis igitur primitivæ ſpeciei pronomina, quemadmodum Græcis & Latinis ſæpe vacant. *Frote moy bien ſe galand*, Nugatorem hunc verberibus egregié excipito. *Que tu nous y mette bon ordre.* Rem omnem optimo componas ordine. *Ie te le faconneray a plaiſir*, illud tibi apprimé adornabo. *Ie le vous equipperay de toute façon*, rebus neceſſariis undiq; inſtruam. *Nos* & *vos* ſubſtantivum antecedunt, ut *nos amys, vos amys*, noſtri, veſtri amici. *nos letres, vos letres*, noſtræ, veſtræ literæ.

Quod ſi ſubſtantivum præeat: *noſtres voſtres*, noſtri veſtri ſubſtituuntur: *Ces vignes ſont noſtres, voſtres*, vineæ iſtæ noſtræ, veſtræ ſunt. *A qui ſont ſes terres?* Cujus hæc arva? *Elles ſont noſtres, voſtres*, noſtræ, veſtræ ſunt. *Soy Se* reciproca ſunt ſubſtantivo ejuſdem aut proximæ orationis ſuppoſito, ut *Toute nature eſt gardienne de ſoy*. Omnis natura ſui eſt conſervatrix. *Hortenſe eſt decedé plus a ſon bon heur que a celuy de ſa cité*. Hortenſius ſua potiús quám urbis felicitate vita functus eſt. *Ce* conſonanti præfixum demonſtrandi vim habet, *ce loup, ce halbardier*, lupus ille, ille halebreda: Aliquando veró ſubſtantivũ eſt, ut *Tout ce que tu vois eſt a moy*. Quicquid vides meum eſt. *Ceſt*, vocalem anteit, nec unquam ſine ſubſtantivo, ut *Ceſt homme que tu vois eſt ton frere*, Quem aſpicis virum, frater tuus eſt. *Ceux*, articuli vim poteſtatemque ſæpe obtinet, ut *Ceux de Paris* tanquam diceres illi é Lutetia pro Pariſinis, aut iis qui ſunt Lutetiæ eam-ve incolunt, deniq; pro eo quod vulgus ait *les ceux de Paris*. *Ces* aliter etiam ſolet uſurpari: ut *Ne me parlés point de ces facheux*, de moleſtis illis verba ne feceris, *ces* pro *tels*. id eſt ejuſmodi. *Cés* vel *cès*, nullo diſcrimine vocali anteponitur *Cés hommes, cés honneurs, cés Annales*, iſti homines, honores, Annales. vel *cès hommes, cès honneurs, cès Annales*. *Cés* etiam conſonanti præfigitur, *cés mutins, cés braues*, hi ſeditioſi, elati. Compoſita á *cè*, puré demonſtrativa

ſunt,

ſunt, nulla neque relatione, neque ſubſtantivi adjunctione. *cecy*, hoc, eſt rei eſt præſentioris ſeu proximioris: *Cela*, illud, remotioris *tout cecy eſt a moy, tout cela eſt a toy*, hoc totum meum eſt, illud omne tuum. *Cecy* & *cela* plærunque dirimuntur diviſaque ſunt, ut *ce liure cy, ce liure la*, liber hic, liber ille. *Eux* tanquam reciprocū eſt pro plurali pronominis ſui *de ſoy*: ut *les Amys ont tous biens communs entre eux*, Amicis inter ipſos omnia ſunt communia. *entre eux* inter ipſos, pro *entre ſoy* inter ſe: quod Latini non admittūt, niſi genitivus, dativus, ablativus præcedat: Ipſorum inter ipſos conſenſu, *du conſentement d'eux entre eux*. Patens hominibus inter ipſos ſocietas, *Societé ouuerte aux hommes entre eux*. A doctis inter ipſos reprehenſæ, *Reprins par les doctes entre eux*. *Il* & *Ils* ſæpe verba conſequuntur, ut *c'eſt-il ce ſont-ils*. ille eſt, ipſi ſunt. *Luy* cum numerandi nomine, Francicam quandam peculiarem phraſin facit, ut *il eſt arriué luy troiſieſme, quatrieſme, cinquieſme*, appulit (tanquam diceres) ille tertius, quartus, quintus, ideſt tres quatuor quinque ſecum habens: atque illud eſt quod Græci dicunt τρίτος, τέταρτος, πέμπτος, αὐτὸς, poſtponendo αὐ , pro eo quod præponimus *luy*. Huc reſpiciunt & Latini interdum, Horatius

Tu quotus eſſe velis reſcribe.

Reſcris quantieſme tu veux eſtre, id eſt, quo comitatu. *Leur* haud raró relativum eſt,

pro *eux*.ut *Les hommes ont offenſé Dieu ce qu'il leurs a donné à entendre*, Irritaverunt homines Deum quod (plagis) illis ſignificavit. *Qui a faict cela?* quis hoc perpetravit, *eux* (ipſi) reſpondes, non *leurs*. *Leur* & *leurs* multis reciproca ſunt pro *Son*, *ſes*: ſuus, ſui, ut *Les parens aymēt leur ſang, ils cheriſſent leurs enfans*, non autem *ſon ſang*, neque *ſes enfans*, quamquam Latiné loquendi conſuetudo aliud poſtulet: dicimus enim Amant ſuum ſanguinem, ſuos liberos, non illorum ſanguinem illorum liberos. *Celuy* demonſtrativum eſt, ſed indefinitum, propterea q; relativo *Qui* perpetuo annexum. *Celuy eſt homme de bien qui craint Dieu*. Ille probus eſt qui veretur Deum. Mutuamur *ceux* & *celles* ipſi ipſæ cum particula (*la*) ad ipſorum pluralem efficiendum, ut *ceux la*, *celles la* illi illæ, pro (ſi diceretur) *ces leurs*, *ces elles* hi ipſi, hæ ipſæ. *Iceluy & Icelle* (ille illa) ſæpé á pragmaticis pro *le*, *la*, *les*, relativis uſurpantur: ut *i'ay acheté vn cheual pour iceluy t'enuoyer*, Equum emi ad te mittendum, ſed elegantiús multó dicimus *pour te l'enuoyer*. *Qui* & *Que* generaliter interrogant, verbumq; tametſi ab ipſo regantur præcedunt. *Qui a fait cela? Que dites vous?* Quis hoc fecit? quid ais? *Que*, admittitur, ubi præpoſitio non requiritur. *C'eſt homme que vous demandés*, homo quem petis. *Quel* ſpeciatim abſque articulo interrogat. ut *lequel eſt ce d'entre vous qui a fait cela*. Quis ex vobis hoc admiſit? *Quel* &

quelle

quelle (quis quæ) relativa articulum ſemper habent, ut *Tu aymes Dieu le-quel i'ayme*, Deum amas quem & ipſe amo *Tu honores la religion, la-quelle i'honore*. Honoras religionem quam & ego honoro. *Ie vous enuoye nouuelles leſ-quelles vous ſeront aggreables*. Quæ ad te mitto nuncia tibi jucunda erunt. *Que* tamē pro *lequel* ſæpe uſurpatur ut *i'ayme le cheual que vous m'anés donné*. Quem dediſti mihi equum amo. *ie priſe la maiſon que vous m'anés vendue*, Quam mihi vendidiſti domū eam magni facio. *Quel* ubi qualitatem ſignificat articulum rejicit, ſubſtantivoque ſemper adhæret, ut *Quel homme eſtes vous*? quis homo es? *Quelle femme aues vous*, quamnam habes uxorem? *Quoy* Quid aut Quod Latinorū exprimit. *Quoy*? *Quoy faiſant tu ſeras ſauué*. Quid? Quod ubi feceris ſalvus eris. Anomalia numeri in hoc pronomine aliquando reperitur, ut *S'il y a homme (leſquels certainement ſont en grand nombre) qui ayme honneur, c'eſt toy*. Si quiſquam hominum ſit (quorum profectó magnus eſt numerus) honorem qui colat ipſe es. *Tu as dict que tu voulois auoir vn bon cheual, pourtant qu'ils ſont auiourd'huy de requeſte*. Generoſum equum habere te velle ſignificaſti, quód in pretio ſint hoc tempore. *Mon, ton, ſon*, meus, tuus, ſuus, ante ea quæ incipiūt á vocali feminina ſunt, ut *mon ame, ton audace, ſon arrogance*, mea anima, tua audacia, ipſius arrogantia, ante conſonantem non

item, nec enim dicimus, ***mon femme, mõ haquenee***, meum conjunx, meum Sonipes, ſed ***ma femme, ma haquenee*** mea uxor &c. Anomalia vero iſta propter Apoſtrophum, quæ cõcurrentibus inter ſe vocalibus eſſet hiulca, videtur introducta ***m'ame, t'ame, s'ame***, pro ***ma ame, ta ame, ſa ame***, mea, tua, ejus anima, quod hinc facillimé videre eſt, quia ſi adjectivum á conſonante incœptum interpoſueris, ***ma*** non ***mon*** efferemus, ut ***ma pauure ame, ma grande amour***. miſera mea animula, meus ingens amor. Sed & iſta ***mon, ton, ſon***, ſubſtantivum in interrogatione expreſſum repetunt, ut *Eſt-ce la ton pere? Ouy c'eſt mon pere*. Eſtne ille pater tuus? etiã pater eſt meus: aut certé, ***mien, tien, ſien***, meum, tuum, ſuum cum articulo adhibemus, ut ***c'eſt le mien, le tien, le ſien***, eſt meum tuũ, &c. Item ſi de rebus inter ſe diſtinctis oratio inſtituatur, ut de multis puellis ſive infantibus: ***le mien dort, le tien s'eueille, le ſien court***, meus dormit, tuus expergiſcitur, ipſius currit. Sic ***le noſtre, voſtre***, noſter, veſter. Sed tribus his, ***mien, tien, ſien***, articulus non ſemper conjungitur: primúm, poſt ***ce, ceſtuicy, ceſtuila, il, qui, lequel***, hic, ipſe, ille, is, qui, ut ***ce liure eſt mien, il eſt tien***, hic liber meus eſt, tuus eſt. ***qui eſt tien, lequel eſt tien, ſien***, qui tuus eſt, ejus eſt. Secundó, quoties á verbo reguntur, ut ***L'ay des biens que l'on dict eſtre miens, tiens, ſiens, noſtres, voſtres***, bona habeo quę mea eſſe dicũtur, tua, ipſi⁹, noſtra, veſtra.

Son,

Son, ſa, ſes, uni ſingulari, quemadmodũ *leur* & *leurs* multis, reciproca ſunt. *Jean ayme ſon pere, ſa mere, ſes fils, ſes filles.* Joannes diligit patrem, matrem, filios, filias. *Paul eſt mon amy, & pourtant ie ſouhaite ſa proſperité, & reſiſte a tous ſes ennemis.* Quod in Latina lingua ſolœciſmus eſſet, Paulus eſt mihi amicus, propterea proſperitatem ſuam exopto, & omnibus ſuis inimicis reſiſto. Nam pro ſuam & ſuis, ipſius vel illius dicendum eſt. *Meſmes* cum quolibet nomine itemque pronomine demonſtrativo & relativo conjungitur, eſtque ſolum relativum articulo inſtructum cum antecedente, ut *Pierre a eſté a Rome, & le meſme Pierre en eſt reuenu.* Petrus Romam adiit, indeque idem eſt reverſus. *Voſtre conſeil a eſté dommageable a pluſieurs, mais le meſme conſeil m'a grandement profité,* Tuum conſilium damnoſum fuit multis illud quidem, mihi certé idem longé utiliſſimum. *Il,* poteſt propriis nominibus poſt articulum copulari, appellativis etiam, nulloq; diſcrimine, *La meſme Marguerite, le meſme homme, l'homme meſme,* illa ipſa Marguarita, ille ipſe vir, homo ipſe idem. Sic *moymeſme, toymeſme, ſoymeſme, luymeſme, elle meſme, qui meſme.* ego ipſe, tu ipſe, ille idem, illa ipſa, qui idem quæ-ve eadem.

ANNOTATIONES ad Cap. IIII.

Sæpe vacant] Abundant ſuperfluaq; ſunt: in his

enim exemplis *frote moy bien ſegaland. Ie te le façonneray bien, ie le vous equipperay bien: moy, te, vous*, redundant. *Cés* vel *cès*] Hæc legitimé ſcriberentur *Sés omęs, ſés oneirs, ſés analęs*, & *Sęs omęs, ſęs oneirs, ſęs analęs*, ut *e* maſculinum in illis, in his femininum ſcriptura pronunciationeque animadvertatur.

Niſi genitivus, dativus, ablativus præcedat] Vide Laurentii Vallæ libellũ de Reciprocatione Sui & Suus. *Mon ame ton audace*] Iſta mel ſuavitatis illius redolent, de qua ſuperiori libro egimus, dum *S* & *T'* interdum per apoſtrophum elidi doceremus.

Cap. 5. *De Convenientia nominis cum verbo.*

CONVENIENTIA nominis cum nomine expoſita eſt, convenientia verbi cum nomine eſt in numero & perſona. *Ie & moy, & nous* ego, nos primæ: *Tu* & *Toy* & *vous*, Tu vos ſecundæ: nominativi reliquorum nominum tertiæ perſonæ habentur, obliqui caſus nullius. Hinc nominativus nominis dicitur ſuppoſitum, verbum autem appoſitum. Etſi autem Latinis ex appoſito primæ & ſecundę perſonæ ſæpe intelligatur ſuppoſitum primæ & ſecundæ, Francis tamen ſemper explicantur, ut *Ie lis, tu vois, nous aymons, vous chantés*, ego lego, tu vides, nos amamus, vos cantatis. pręterquam ſi imperemus, rogemuſve. *Ayme Dieu, Aymons Dieu, Aymes Dieu. Faictes cela pour l'amour de moy, venes s'il vous plaiſt.* Ama, Amemus, amate Deum. Hoc mei cauſſa facias velim,

Accede

Accede ſi placet: prǽterquam etiam in hiſce & ejuſmodi reſponſis. *Tu as chanté, non ay. J'ay reposé: non as? il a ſatisfaict?* non *a*. Ceciniſti non cecini, quievi, non quieviſti: ſatisfecit? non ſatisfecit, in quibus ſuppoſitum reticetur, *Ie, tu, il*. ego, tu, ille. Contrá appoſitum etiam ſæpe ex aliquo prædicto intelligitur, ut *A la mienne volonté que mes oreilles fuſſent ſourdes, ou ta langue muette*, utinã aut meę aures ſurdæ, aut tua lingua muta facta ſit. intelligis *fuſt*, eſſet vel ſit. *Ie* & *Tu*, Ego & Tu proprié ſunt ſuppoſita primæ & ſecundæ perſonæ, tamen *Moy* & *Toy* verbi ſuppoſita ſunt adhibitis conjunctionibus *et ou*, & vel. ut *Toy & moy le ferons*, Tu & ego faciemus. *Toy & moy irons là.* Tu & ego eó ibimus. *Toy & Iean feres cela*, Tu & Joannes illud facietis. *Toy ou moy le ferons.* Tu vel ego faciemus. In reſponſionibus etiam ſuppoſita ſunt, *Qui a faict cela*? quis fecit? *moy toy*, ego tu. *Il*, ſuppoſitum eſt indefinitum tertiæ perſonæ verborum, *eſtre & falloir*, eſſe & oportere: ut *Il eſt bon*, *Il eſt neceſſaire de bien viure, Il faut bien viure.* Bonum eſt, Neceſſe eſt bene vivere, oportet bene vivere. Conſimiliter ſe habet ante, *i, a, Ny a*: ut *Il y a infinis hommes meſchans*, Malorum infinitus eſt numerus. *Il ny a homme au monde bien viuant.* Rarus in orbe qui vitam pié & juſté inſtituat. Quoties in ſecunda perſona *Toy* & *Vous*, tu & vos imperamus, relativũ *Qui* ſuppoſiti vicem obtinet, ut *Fais cela toy*

qui t'endors, Facito hoc tu qui dormitas. *Faictes cela vous qui eſtes oyſifs*, hoc age tu qui otioſus es: Relativum *Qui* omni perſonæ conſentit, ut *Ie ſuis celuy qui, tu es celuy qui, il eſt celuy qui, &c.* Sum ego is qui, Tu is es qui, Ille eſt is qui. Interdum relativũ ipſum ſupprimitur, ut *Fais cela toy, Faictes cela vous*, facito hoc tu, facite illud vos. Si in tertia perſona imperemus, *Que* ſuppoſitum antecedit, ut *Que toute perſonne loue le Seigneur*, Laudent Dominum omnes gentes. *Que toutes creatures magnifient leur createur*, magnificent creatorem ſuum omnes creaturę. *Qu'ils ayment leurs bienfaicteurs*, ſuos amẽt Mæcenates. *Que*, non niſi cum verbo ſubſtantivo nominativus eſt, atque tum eſt omnis perſonæ, ut *Ie ſuis ce que ie ſuis, Tu es ce que tu es, Il eſt ce qu'il eſt*, Sum quod ſum, Tu quod es, ille quod eſt. *Quel*, præfixo ſibi articulo (*le*) á verbo activo regi poteſt, ut *Ie ſuis celuy le-quel vous demãdés*. Quem flagitatis ego ſum. Verbum infinitivi modi aſſumto articulo ſæpe nominis vicem ſubit, appoſitumque eſt, ut *le manger le boire* quod Græcorum eſt τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν, ut & Latini etiam dicunt, Scire tuum, velle ſuum, id eſt, *ton ſcauoir, ton vouloir*. Atque hæc convenientia inſignem quandam jucundamque in multiplicibus hiſce ſuppoſitis, *I Tu, Moy Toy*, ego tu, varietatem habet ſed ad anomaliam quæ in numeri perſonæque convenientia cernitur veniamus.

ANNO-

ANNOTATIONES ad Cap. V.

Ie & moy & nous] Illud eſt quod vulgó traditur, Ego eſſe primæ perſonæ, tu, cum omni vocativo ſecundæ, reliqua omnia, nomina, pronomina participia, tertiæ. *Dicitur ſuppoſitum*] Verbum hîc dicitur appoſitum, nominativus verbi ſuppoſitum, tanquam ſubjectum & adjunctum. *Etſi autem*] In Latina lingua, prima & ſecunda perſona ferme non explicantur, quod Deſpauterius præcipit his verbis *rectum perſæpe tacemus*: in lingua Francica, ſecus. *A la mienne volonte*] Hic ex ſubauditione verbi *fust* zeugma eſt Grammaticorum. *Verbum infinitivi modi*] Verbum infinitum ſæpé vice nominativi ponitur. Perſius

Scire tuum nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter,
Velle ſuum cuique eſt,
—*Virtus eſt vitium fugere.* Horat.

CAP. 6. *De Anomalia ordinis inter Nomen & Verbum.*

ETSI Francis (quemadmodum monuimus) in accurata ordinis obſervatione ſumma laus eſt, præ Græcis, præque Latinis, qui eum hyperbatis longiſq; circuitionibus invertere ſolent, in eum tamen his feré modis committimus. *Ie Tu Nous Vous*, in interrogationibus ſequuntur verbum appoſitum, ut *Iray-ie là? Iras-tu la?* ibone illuc? eóne ibis? *Item Moy toy il*, tum interrogando, tum reſpondendo. *Eſt-ce moy? eſt-ce toy? Sommes nous bien auiſes? eſtes vous ſages? eſt il arriué? Eſt-ce il? c'eſt moy, ceſt toy, ceſt il: ce neſt pas moy, ce neſt pas toy. ce n'eſt-il pas.*

Sumne ego? Num tu es? Num circumſpectè agimus? Sapitis-ne? appulit-ne? Eſt-ne ille? Sum ego, tu es, ille eſt, Non ego ſum, non tu, non ille. Similiter in Parentheſi (*dit-il, dit-elle, diſent-ils, diſent-elles*, ait ille, ait illa, inquiũt illi, inquiunt illæ.) *Me, te, ſe, nous, vous, luy, leurs*, præcedunt verbum regens, ut *ie me recommande*, commendatum me velim. *tu te priſes*, magni te facis. *Il ſe tourmente*, angit ſeſe. *il nous menace*, minatur nobis, *Il vous appelle*, te accerſit. *Ie luy diray* dicam illi. *Ie leurs eſcripray*, ſcribam ad illos. *Meſme*, etiam periodum claudit. *Ie lay faict moy meſme*, feci egomet. *tu las ouy toy meſme*, audiviſti ipſemet, *luy meſme, Nous vous, eux meſmes*, ille ipſe, nos vos, ipſimet.

CAP. 7. *De Anomalia numeri & perſonæ.*

ATQUE ea quidem eſt nobis ordinis Anomalia longè alia quàm Græcis aut Latinis, qui in ea numeri oratorii tantummodo rationem habent. Nobis veró intolerabile ſit ita arti inſervire, ut hæc aut ſimilia ita enuntiemus, *Ie iray la? Toy eſt-ce? Il priſe ſe: il menace nous*, pro eo quod uſitatiſſimé efferimus, *Iray-ie la? Eſt-ce toy?* tu ne es. *il ſe priſe, il nous menace.* Sed in numeri perſonæque anomalia non pauló liberiores ſumus. Ac primúm quidem in nominibus multitudinem ſignificantibus, ut *chacun ont commencé a s'eſleuer.* Cœpere ſe quiſque

extol-

extollere, *ont commencé*, pro *a commencé*, cœpere, pro cœpit poſitũ eſt. *vne bien grand partie ont eſte naurés ou meurtris.* Maxima pars vulnerati aut occiſi ſunt, pro *a eſte naurée ou meurtrie*, fuit vulnerata aut occiſa, id eſt maxima ex parte, aut plurimi vulnerati aut occiſi ſunt, ut Cicero loquitur, ubi rurſus anomalia generis eſt maſculini pro feminino. Deinde veró Anomalia numeri in primis elegans eſt in verbo ſubſtantivo, quando cõvenit ſuppoſitorum antecedentiũ poſteriori cúm debeat priori, ut *les courroux des Amoureux c'eſt vn renouellement d'Amour*, Amantium iræ amorum redintegratio eſt, *ceſt pour ſont*, eſt pro ſunt, uſurpatur. Sed hæc cum Græcis & Latinis nobis communia ſunt, peculiares veró loquendi habemus rationes. Primúm modeſtiæ reverentiæque gratia ſecundam perſonã pluralem, pro ſecunda ſingulari adhibemus, etſi enim uni tantúm ſermo ſit, dicimus *vous aymés bonne renommes*, bonam famam ſtudioſé amplectimini. *vous eſtes amiable*, eſtis benevolus, qua in re oratio non artis ſtructuræ repugnat, ſed ſententiæ: Et Quintilianus parem ſolœciſmum putat eſſe, ſi quis unum vocans dixerit venite, vel plures dimittens dicat, Abi. Mirabile itaque fuerit eandem prorſus orationem in una lingua eſſe Solœciſmum, Atticiſmum in altera. Sed majora his venuſtioraq; multó adhuc habemus: In hac enim ipſa loquendi ratione, verbo plu-

rali nomen ſubjungimus ſingulare, aut contrá nomini ſingulari verbum plurale attexímus, ut *Vous eſtes le premier homme du monde*. Eſtis primus hominum. *Vous eſtes excellent Orateur*, Eſtis excellens Orator. *Mon fils venes ça*, fili adeſte dum. *Mon amy eſcoutes moy*, Amice audite me: quanquam & quidem majori cum affectu, verbum ſingulare retinemus. *Mon Dieu regarde moy*. Deus meus reſpice in me. Quin hæc ipſa pluralis pro ſingulari licentia aliter etiam á regibus, principibus, magiſtratibuſque noſtris, dum loquuntur ipſi de ſe, ad ſplendorem maieſtatis dignitatemq; & amplitudinem ſignificandum, uſurpatur. *Charles par la grace de Dieu Roy de France, ſalut. Scauoir faiſons.* Carolus Dei gratia Francorũ Rex, ſalutem: omnibus innoteſcere cupimus. *Anthoine du Prat garde de la Preuoſté de Paris, ſalut, ſcauoir faiſons.* Antonius Pratenſis Præfecturæ Pariſienſis cuſtos &c. Atque his veluti veſtigiis inſiſtentes, nõ modó plebeji & populares, verumetiã Principes & Magnates, crebris jam uſurpant ſermonibus, *ie dirons, ie ferons*, ego dicemus, faciemus, quod quanquam á Grammaticulis quibuſdam improbetur, uſus tamen invaleſcens cenſoriam Ariſtarchorum ejuſmodi virgulam repudiabit, quin & ipſi ſi ſuam ipſorum in loquendo conſuetudinem propiús inſpexeris ſic loquuntur, *Il eſt deux genres ſimples*, eſt duo genera ſimplicia. *Il eſt pluſieurs eſpeces d'animaux,*

maux, eſt plura animantium genera. Quid multa? interroges in ſupremo Pariſienſium Senatu, Quota-nam hora eſt dum cõſilium dimittitur? *Quelle heure eſt-il quand la court ſe leue?* reſpondebit vel facundiſſimus quiſque cauſſarum patronus, *il eſt dix heures*, tanquam diceres eſt decem horæ. Anomalia perſonarũ eſt cúm in nominibus prima perſona cum ſecunda, vel tertia convenit verbo primę: Item quoties ſecunda cum tertia convenit verbo ſecundæ: ut *Si ne moy ne toy ne l'auons fait*, Si neque ego neq; tu fecimus. *Moy & mon frere auons commandement de venir a Rome.* Ego & frater jubemur venire Romam. *Toy & Marie chantes enſemble*, Tu & Maria ſimul canite. Sed anomalia hæc longé alia eſt in his loquendi formis. *Eſt-ce moy? toy? il? Nous? Vous? Eux? Ce n'eſt point moy, ce n'eſt point toy, ce n'eſt il point, ce n'eſt point, nous, vous, eux.* Nunquid ſum ego? tu? ille? Nos? vos? illi? Non ego, non tu, ille, nos, vos, ipſi. Quanquam Grammaticæ ratio in quibuſdam etiam valeat, ut *Ce ſuis ie, ce ſommes nous, ce ſont ils*, Sum ego, ſumus nos, ſunt illi, pro *c'eſt moy, c'eſt nous, c'eſt eux*. In quibuſdã uſus confundit artem, ut *Eſt-ce moy*, non autem *Sui-ie ſe?* Sumne ego. Jactent jam ergo Atticiſmum Græci παιδία παίζει, ζῶα τρέχει pueri ludit, *les enfans ſe ioue*, animalia currit, *les animaux court*, pro *iouent courent*, ludunt currunt. Latiniſmum item ſuum Latini extollant, Stoicos irriden-

di ſui facultatem dediſſe, *Les Stoiques auoir donné occaſion de ſe moquer de ſoy* pro *d'eux* ipſorum, Franciſmos, ut ita dicam, habemus, qui illotum tum Græciſmos tum Latiniſmos etiam longé antecellant : hos videlicet & conſimiles, *Mon cher amy ſoulagés moy*. Cariſſime adeſte mihi, *vous eſtes hommes vertueux*, eſtis probus vir. *Charles Roy de France ſcauoir faiſons*, Carolus Francorum Rex omnibus notum facimus. *Il eſt douze heures*, eſt duodecim horæ. *Ie chanterons*, ego cantabimus, eadem enim ubique numeri eſt licentia: ſed præſertim magna hîc eſt propeque ſingularis perſonæ licentia. *C'eſt moy, c'eſt toy, c'eſt nous*, eſt ego, eſt tu, eſt nos: quam neque Græci neque Latini, nequidem ſomniarunt unquam, neque eó audaciæ venerunt ut ſomniarent. Quod ſi ornamentis tam inſignibus, *eſt ce moy? eſt-ce toy, c'eſt moy, c'eſt toy*. linguam hanc, Grammaticorum quiſquam ſpoliare velit, perinde ſit ac ſi unus adverſus omnes digladiaturus in arenam deſcenderit.

ANNOTATIONES in Cap. VII.

Maxima pars vulnerati] Anomalia hæc numeri nobis cum Latinis communis non ſolúm hîc eſt, ſed & illa etiam figura Syntheſis, quæ, ut ille loquitur,

—*haud vocem ſed cernit ſignificatum.*

Ovid. 1. Heroid. *Turba ruunt in me luxurioſa proci.*

Primúm modeſtia] Ne puer uni pluralem dones ſermo-

ſermonem, non honor eſt hîc (ait & veré, de lingua Latina Deſpauterius) at veró in Francica lingua honor eſt hîc: & uni pluraliter loqui licet. *Anomalia perſonarum*] Evocatio dicitur á Grammaticis, quoties primæ vel ſecundæ perſonæ jungitur tertia, nulla intercedente conjunctione, tũ enim tota oratio eſt primæ vel ſecundæ perſonæ. ζῶα τρέχει] Vide Clenardum in Syntaxi Gramm. Græcæ, imó & Ramum ipſum in Gramm. Græca quatenus á Latina differ.

CAP. 8. *De Verbo Infinito, de Imperſonali itemque de Participio.*

SED Francicæ linguæ eulogia, ut præſtantiſſimis orbis terrarum nationibus atque linguis ſuo merito adæquari poſſit, ejuſmodi ſunto, nos pergamus ad reliqua. Verbum deliberativum regit infinitum, ut *Tu veus aymer, tu vas chaſſer, venes voir*, vis amare, Is venatum, veni viſum. Aliquando deliberativum ipſum reticetur. Et *mâtins de courir*, & *nous d'aller*. canes currere, nos veró inſequi: hîc intelligitur, *commencerent*, *commenceaſmes*, cœperũt, cœpimus. Præteritum infinitivi alio pacto uſurpatur. *Veu que vous eſtes ſi ſaige c'eſt merueille*. Cúm tanta ſis ſapientia præditus mirum eſt, &c. *Attendu ſa preud homie on luy fait credit*, habita probitatis ejus ratione ei fides habetur. *Conſideré tout ce que deſſus, nous jugeons, &c.* inſpectis iis omnibus quæ anteceſſerunt, ſententiam pronuntiamus, id eſt, *apres auoir veu, attendu, conſideré*; poſtquam vidimus, atten-

dimus, inſpeximus. Verba Latinis imperſonalia activæ vocis, explicantur per *il*, paſſivæ per, *on*: ut oportet *il faut*, cõvenit *il conuient*, amatur, *on aime*, cœnatur, *on ſouppe*. Aliquando articulus euphoniæ venuſtioriſque ſoni cauſſà adhibetur, atque loco *on*, dicimus *l'on*, ut *londit*, ferunt, ajunt. *Que fait lon*? Quid agitur? Sed in verbis in definitis articulus neceſſitate adhibetur, ut *Ayme lon*? *ſoupe lon*? Amaturne? Cœnatur? Uſurpamus, etiam *t*, ut *ayme t'on*? *ſoupe t'on*, idque crebró ſimilibus exemplis, quæ elegantia ſuperioribus par eſt, *Ieris & pleure, mon ame*, rideo & ploro, mea anima.

ANNOTATIONES in Cap. VIII.

Præteritum infinitivi] Affinitatem habet iſtud cum eo quod Latini de ablativo abſoluto, ſeu conſequentiæ, ut illi loquuntur, præcipiunt. *Aliquando articulus*] Vide quæ de apoſtropho ſuperiús, lib. 1. cap. 6. ſub finem, & lib. 2. cap. 4. luculenter fuſéquè præcepimus.

CAP. 9. *De Periphraſi verborum.*

ATQUE hæ ejuſmodiq; peculiares Francicé loquendi formæ ſupinam Grammaticorum quorundam ignaviam coarguunt, qui Syntaxeos artem in noſtra lingua deſperarant: jam de quorundam verborum periphraſi, quemadmodum in ipſorum Etymologia

mologia polliciti ſumus, tempus eſt diſſerendi. Francis igitur multa verba deſunt, ut tempora perfecta activi omnia, præterquã primum præteritum: itemque paſſivi omnino omnia, ubi tamen in periphraſibus & circumlocutionibus, hoc eſt pluriũ verborum ſyntaxi, ſumma orationis eſt ubertas, ſummaque copia. Syntaxis temporũ activorum tum præteritorum, tum etiam futurorum, ex eorum præterito infinito, verboque, *Auoir*, habere, compoſita eſt: verbi cauſſa, pro præterito Latino AMAVISTI, non modò dicimus, *Tu aymas*, verumetiam, hac Syntaxi efferimus, *Tu as aymé, Tu eus aymé, tu as eu aymé*, inter quæ, *Tu aymas, Tu eus aymé*, oriſta ſunt & definita: *Tu as aymé, Tu as eu aymé*, aoriſta & indefinita. Itaque primum hoc præteritum quadruplex eſt. Secundum præteritum pro unico Latino AMAVERIS, eſt octuplex: prima quatuor habent ſimplicem periphraſin, idque per tria præſentia, *As, Ayes, Aurois*, & per præteritum infectum, *Auois* ut *veu que tu as aymé, combien que tu ayes aymé, O que volontiers tu aurois aymé. Veu que tu auois ayme. Veu que tu as eu aymé. Combien que tu ayes eu aymé. Veu que tu auois eu aymé*, ex quibus, *auois*, & *auois eu* oriſta ſunt, aoriſta reliqua. Tertium præteritum AMAVISSES eſt ſextuplex, tres priores periphraſes ſunt per *Aurois, eus auois*, poſteriores adſciſcunt *eu*: ut *Quand tu aurois aymé, Si tu euſſes ayme, Veu que tu a-*

uois aymé: tum *eu* (ut dictum eſt) adſciſcitur, *Aurois eu ayme*, *euſſes eu aymé*, *auois eu aymé*, in quibus *auois* & *auois eu*, oriſta ſunt, reliqua aoriſta & indefinita. Quartum præteritum AMAVERAS eſt duplex, ut *Tu auois aymé*, *Tu auois eu aymé*. Futurum perfectum eſt duplex & oriſtum, ut pro AMAVERO, *Ie auray aymé*, *Ie auray eu aymé*. Periphraſis præteriti infiniti eſt dodecuplex, ut Dic te Amaviſſe, *Dis que tu aymois*, *que tu aymas*, *que tu as aymé*, *que tu ayes aymé*, *que tu aurois aymé*, *que tu euſſes aymé*, *que tu auois aymé*: deinde poſt, *as*, *ayes*, *aurois*, *euſſes*, *auois*, poteſt adjici *eu*, atque oriſta aoriſtaque ut antea, intelligi. Atque ea eſt profuſa nobis in verborum periphraſi copia, cui & Græci & Latini pariter poſſint invidere, ne linguæ noſtræ paupertas in verbis nobis jam objiciatur. Syntaxis verbi paſſivi præſentis, é participio ejus paſſivo & verbo ſubſtantivo, ſervata numeri, generis & perſonæ convenientia, compoſita eſt, ut Amor *ie ſuis aymé*, Amor, inquiet vir, tanquam amatus ſum, *ie ſuis aymé*: Amor, inquiet femina, tanquam, amata ſum, *ie ſuis aymeé*: atque ita in reliquis temporibus eodem modo. Amer, *ie ſoys aymé*, *ie ſoys aymeé*. Amarer *ie ſeroye aymé ou aymeé*, *ie fuſſe aymé ou aymeé*, Amabar, *i'eſtoye aymé ou aymeé*, & ſimiliter in reliquis temporibus. Eſt & nonnunquam paſſivi per activum periphraſis, ut *Ie m'appelle Iean*, *Tu t'appelles Pierre*, *il s'appelle Iacques*, vocor

Joannes,

Joannes, vocaris Petrus, vocatur Jacobus: pro *Ie ſuis appellé*, vel *lon m'appelle*, nuncupatus ſunt vel nuncupant me. Itẽ *les viuiers ſe ſeichent*, Ichthyotrophia ſeu piſcinæ areſcunt. *Les montaignes s'éleuent*, ſurgunt ſeu ſuccreſcunt montes. Aliquando in ejuſmodi ſyntaxi verbum ſubſtantivum vicem ſubit verbi (*auoir*) habere, ut *Ie me ſuis aymé à Rome, vous eſtes aymes à Paris. Ie ſuis alle à Rome, vous eſtes venus à Paris*: Roma delectatus ſum, tu Pariſiis, Romam ſum profectus, tu Lutetiam: in quibus *ie ſuis* pro *ie ay*: & *vous eſtes*, pro *vous aués* uſurpantur.

ANNOTATIONES ad Cap. IX.

Quorundam verborum periphraſi] Hoc Pilotus admonet de verbo paſſivo ut & nos ſuperiús, & de præteritis *Amaverim, amaviſſem, amavero*, nominatim admonuimus, lib. 1. cap. 12. ibidemque de verbo paſſivo. *Verboque auoir*] Proinde Pilotus verbum Subſtantivum *ſum*, & verbum *habeo* quod hiſce activis temporibus, omninoque paſſivis in flectendi ratione inſerviant auxiliaria vocat, eorumque inflectionem verborum prȩmittit conjugationibus.

Secundum præteritum] Poſteriora tria hæc præterita *Amaverim, Amaviſſem, Amaveram*, quód etymologiæ nihil haberent, in formis verborũ Francicis omiſit: hucque retulit quód ſuam in periphraſi Syntaxin redolerent: ea veró poſt primum præteritum *Amavi*, ordine & conſequenter in Grammatica P. Rami Latina cernere eſt. Ut Amor *ie ſuis aymé*] Verbi paſſivi forma hæc eſt.

1 Præſens *Ie ſuis aymé, tu és aymé, il eſt aymé:* Amor.

Nous ſommes, vous eſtes, ils ſont aymés

2 Præſens *Ie ſoye, tu ſoys, il ſoit aymé:* Amer.
Nous ſoyons, vous ſoyés, ils ſoyent aymés.

3 Præſens *Ie ſeroye, tu ſerois, il ſeroit aymé:* Amarer.
Nous ſerions, vous ſeries, ilz ſeroient aymés.

4 Præſens *Ie fuſſe, tu fuſſes, il fuſt ayme:* Amarer.
Fuſſions, fuſſies, fuſſent aymes.

Præt. imperf. *I'eſtoye tu eſtois, il eſtoit aymé:* Amabar.
Nous eſtions, vous eſties, ils eſtoient aymés.

1 Futurum *Ie ſeray, tu ſeras, il ſera aymé:* Amabor.
Serons, ſeres, ſeront aymés.

2 Futurum *Sois aymé, ſoit aymé:* Amare, vel amator, ametur.
Soyons, ſoyés, ſoyēt aymes, amemur, amamini, amantor.

Infinit. *Eſtre aymé* amari.

CAP. 10. *De Syntaxi Participii pro præterito infinito.*

ADHUC in varia verborum periphraſi ubertas permagna orationis nobis fuit: Atticiſmi quidam in multis per participia loquēdi formis videndi ſunt. Ac prima quidem eaq; elegantiſſima ratio eſt cum verbo

Aller

Aller ire,ut, *Il ſ'en alloit diſant*, ibat dicens: *il s'en va tout mouront*, vadit prorſus moriēs. pro *il diſoit, il ſe meurt*, dicebat, moritur. Altera eſt quando participium paſſivum cum verbo habere, *Auoir* pro infinitivo ponitur, ſi modó ſubſtantivū præcedat, ut *Ce ſont les graces que Dieu vous a donneés*, Dotes ſunt quibus te Deus impertiit, *a donneés*, pro *a donné*. femininum videlicet pro maſculino. Quod ſi ſubſtantivum nō præcedat ſed ſubſequatur, verbum infinitum uſurpabitur, ut *Dieu vous a donné ces graces*, Deus tibi has dotes impertiit, *donné*, dicit, non *donneés*. Quas loquendi rationes, adverſus Grammaticorum calumniam ſic quodam poemate tuetur Marotus.

Enfans oyez vne leçon,
Noſtre langue a ceſte façon,
Que le terme qui va deuant
Volontiers regit le ſuyuant.
Les vieux exemples ie ſuyuray
Pour le mieux: Car a dire vray,
La chanſon fuſt bien ordonnée
Qui dict: M'amour vous ay donneé,
Et du bateau eſt eſtonné
Qui dict, M'amour vous ay donné.
Voila la force que poſſede
Le feminin quand il precede.
Or prouueray par bons teſmoins
Que tous pluriers n'en font pas moins,
Il faut dire en termes parfaicts,
Dieu en ce monde nous a faicts.

Faut dire en parolles parfaictes,
Dieu en ce monde les a faictes.
Et ne faut point dire en effaict,
Dieu en ce monde les a faict.
Ne nous a faict pareillement
Mais nous a faict tout rondement.
L'Italien (dont la faconde
Paſſe le vulgaire du monde)
Son langage a ainſy baſty.
En diſant Dio noi a fati
Parquoy quand me ſuis aduiſé
Ou mes iuges ont mal viſé
Ou en cela n'ont grand ſcience
Ou ils ont dure conſcience.

Latiné, ſiquidem ſatis exprimi poſſunt, ſic habent.

Pueri percipite lectionem,
Hanc habet lingua noſtra conſuetudinē,
Ut quod pręcedit vocabulū ſæpe regat ſe-
Veterum exempla ſequar (quens.
Ut potiora. Nam, ut verum fatear,
Cantio recté fuit inſtituta
Quæ habet, meos amores tibi dedi:
Atque é navi ſtupet
Qui dicit, meos amores tibi dedi:
En quam vim obtineat
Femininum ſi præcedat,
Certis veró teſtibus comprobabo
Pluralia nihil minús efficere,
Dicendum eſt probata loquendi ratione,
Deus in hoc mundo nos fecit.
Dicendum eſt certis probatiſq; vocibus
Deus

Deus in hoc mundo eas fecit.
Nec dicendum re vera
Deus in hoc mundo eas fecit,
Neque nos fecit (dicendum.ſ.) pariter
Sed nos fecit ſimpliciter.
Italus (cujus facundia
Vernaculas linguas toto orbe antecellit)
Sic ſuam linguam inſtituit,
Dum ait *Dio noi a fati* deus nos fecit.
Rem igitur ut concludam
Aut Critici iſti malé cenſent,
Aut rem probé non callent,
Aut dura ſunt conſcientia.

Invaluit igitur uſus non modó apud Francos, verumetiam apud Italos: Itaque adverſus Criticos iſtos tam importunos tamque ſplendori ſuæ linguæ inimicos pro Maroto pronunciemus: Franciſmum hîc tanquam Atticiſmum quendam venuſtiſſimũ agnoſcamus, populoque in ſuam linguam imperium omnemque poteſtatem cum Tullio, Varrone, doctiſque aliis concedamus.

ANNOTATIONES in Cap. X.

Enfans oyes] Poematis hujus Maroti admonitum ſe á Stephano Paquier in ſupremo Pariſienſium Senatu celeberrimo fatetur Ramus, *jȩ nȩ vers* (ait) *ȣblier vn poemȩ de Clément Marot, Kȩ Étienȩ Pakier avokat en parlȩment (dukel lȩ ſelebrȩ rȩnom et onorablȩ en votrȩ ekolȩ pȣr i avoer exerſe*

ſés jeines ans) nous propoza unjour ke nous étions én ſete késtion. id eſt, Præterire nolo Clementis Maroti poema,quod Stephanus Paquier in Parlamento advocatus (cujus celebris fama veſtris ſcholis ut in quibus tenerã ætatem exercuerit,honori eſt) aliquando hac de re quęſtionem dum agitaremus nobis propoſuit. Sed & honorificé hujus Bellaqueus poeta nobilis in commentariis Francicis ad lib. 2. Amorum P. Ronſardi Poetarum Francicorum facilé principis,in hæc verba,meminit. *Il addreſſe ce ſonet* (ait ille) *a Paſquier, Avocat fameux a la court de Parlement de Paris,fort docte & de gentil eſprit,& du nombre de ceux,qui meritent bien entreprendre la charge d'vne belle hiſtoire, comme y eſtant des mieux verſé de noſtre ſiecle, & vn des plus curieux à rechercher les precieux treſors des antiquitez de noſtre France.* Sonetum hoc (ait) ſcribit ad Paquerium in ſupremo Senatu Pariſienſi magni nominis advocatum,valde eruditum,magnique in primis ingenii, atque adeó ex eorum numero qui ſcribendæ alicujus hiſtoriæ munus in ſe mererentur recipere, ut qui in ea ſit verſatiſſimus ſi quis noſtro ſeculo alius, quique eruendis precioſiſſimis annalium noſtrorum theſauris ſedulam navet operam. Marotum certé Cadurcenſem citra ullam linguarum vel artium cognitionem, rara & excellente quadã ingenii felicitate Gallos omnes poetas priores ſuperaſſe conſtat ex Slejdani hiſtoria: cui quód á Romana religione defeciſſet, inter Reformatorum icones etiam locum fecit Theodorus Beza. Taurini Pedemõtani præfecti Regii favore tutus circiter annum vitæ ſexageſimum mortuus eſt. *Mamour vous ay donné,mamour vous ay donneé*] Quod pręcedit vocabulum (ut bene ait Marotus) ſæpe regit ſequens quod in his, *Vous ay donné vous ay donneé, faicts faictes* in hoc poemate ſatis licet animadvertere.

CAP. II. *De Syntaxi Adverbiorum.*

HACTENUS rectio vocum fuit numeri: jam ad Syntaxin vocum ſine numero veniamus. Adverbia ſuã convenientiam habent. *Platon parle ſagement.* Plato ſapienter loquitur. *Ariſtote diſpute ſubtilement.* Ariſtoteles diſputat ſubtiliter. uſurpatur autem adverbium articulatum aliquando pro nomine: ut *le trop de bien le gaſte*, nimia bonorum affluentia fit deterior. *Il y a beaucoup ou peu d'affaires.* Multa pauca negotia: *Il a tant peur, il a ſi faim:* tantum timorem, tantam famem. *Il y auoit vng vingt hommes de cheual, vng cent hommes de pied*, viginti equites, centũ pedites, in quibus *vng*, unum, pro quaſi feré ponitur. *Dont* & *I*, relationem quandam habẽt: ut, *I'ay leu le liure dont vous parlés* vidi librum de quo loqueris. *Vous alles a Paris, ie m'en y voy apres vous.* Proficiſceris Lutetiam, eó te ſequor. *Il eſt malicieux mais i'y donneray bien ordre:* Malitioſus eſt, ſed ei rei obviam ibo. *Ie vous dis qu'il eſt fort malade*, adverſa, inquam, admodum eſt valetudine. *Ie vous le dis afin que vous auiſies*, ut provideas moneo. Adverbia quædam ſumuntur alia pro aliis, nimirum adverbia ſimilitudinis pro temporis adverbiis, *I'arriuois ainſy qu'il ſe partoit*, eó appellebam dum diſcederet, *comme la bataille s'attaquoit la pluye ſuruint:* dum in ſe concurrerent exer-

citus nivibus ingruit. Similiter adverbia loci & temporis ut & apud Græcos & Latinos alia pro aliis uſurpantur. Sed plerunque vacant, nullaq; neceſſitate adhibentur adverbia, ut *encores derechef*, rurſus iterum: *puis apres*, poſt deinde. *Ceans dedans, leans dedãs*, huc intró, illuc intró. *ainſy comme*, velut ut: *quaſi preſque*, feré propemodum. *Il me ſuffiſt de les voir ſeulement, d'en taſter ſeulement*: mihi ſufficit videre ſolúm, guſtare ſolúm. *Où alles vous ainſy, D'où venes vous ainſy venez vn peu icy: Dictes moy vn peu.* Quó vadis ſic? unde ſic nobis? adeſdum paulúm. Dic mihi paulúm. Hîc *ſeulement, ainſy, vn peu*, nulla neceſſitate uſurpantur. Quod vitium contra artem ſummæ laudi tribuit M. Tullius. Hæc redundantia in pluribus pro una negationibus crebró reperitur. *Ie ne t'ay point offenſé, ny ne le veux faire*: Neque te offendi neque offendere volo. *Tu ne trouueras nul compaignon de ta folce.* nullum ſtultitiæ tuæ ſocium reperies. *Le ne vous nie pas que vous ne ſoyés homme de bien*, non nego te probum eſſe virum. *Le vous defend de ny atoucher point:* Prohibeo ne attingas. *Vous ne m'en ſcauries rien apprendre*: nil me hac de re docere poſſis.

ANNOTATIONES in Cap. XI.

Tu ne trouueras nul] Latinis duæ negationes affirmant, Græcis & Francis magis negãt, quamquam I. Papon

I.Papon,tertio Notario cap. de ſtylo eam Francicé loquendi rationem admittere non poſſit.

Cap. 12. *De Præpoſitionibus.*

E præpoſitionibus ſex, *A, au, aux, De, du, des*, univerſam nominum verborumque rectioné amplectuntur. *A* & *De* vel cum articulo vel ſine articulo prout locus exigit, reliquæ prorſus abſq; articulo. Verbo motus ad locum ſerviunt univerſæ, ut *Aller a la riuiere, a Paris, au marché, aux eſtuues*, ire in flumen, Lutetiam, in forũ, in balneas: *Venir de la riuiere, de Paris, du marché, des eſtuues*, é fluvio, Lutetia, foro, balneis redire. Dicimus etiam *eſtre a Paris, au marché, aux eſtuues*: eſſe Lutetiæ, in foro, in balneis. *A* & *De* omnibus numeris & generibus inſerviunt: *A* quidem genitivo, dativo, accuſativo, ablativo, *De* veró genitivo & ablativo, ut *Robbe a homme, a femme: a hommes, a femmes*, toga virilis, muliebris, viriles, muliebres. *Ie viens a toy, a Paris*, venio ad te, Lutetiam. *Il eſt a Lyon*, eſt Lugduni. *Euure de maiſtre, de maiſtres*, opus magiſtro dignum, magiſtris dignum, *maiſon baſtie de pierre, de pierres*, domus ſtructa lapide lapidibus. *A* & *De*, cum ſubſtantivo recto, vice adjectivorum ſunt, ut *homme a cheual, a pied, de cheual de pied*. Eques, pedes. *Quelque choſe de bien, homme de bien*, aliquid boni, vir boni, pro *bonne choſe, bon homme*, bona res, bonus

vir. *A* & *De*, ut plurimùm ſubticentur, ut *Si Dieu plait*, pro *S'il plaiſt a Dieu*, favente Deo. Item, *la rue de ſainct Denys*, via Dionyſiaca, *la porte S. Martin*, Porta Divi Martini, *l'egliſe noſtre Dame*, Templum beatæ Mariæ, *force eſcus force terres & reuenus*, Aurei multi, multi fundi & cenſus. in his enim exemplis *De* ſemper ſub intelligitur, *la rue S. Denys*, pro *la rue de S. Denys, &c.* *A* pro alia præpoſitione ſæpe ponitur, ut *il eſt paßé à Lyon, à Rome*, iter habuit Lugduno, Roma, *à* pro *par* (id eſt, per) uſurpatur. Sic, *Il ne tient point à moy*, per me non ſtat, *à grand loiſir*, ſummo otio. Item *à mon iugement*, meo judicio, *à ton ſouhait*, tuo voto, *à*. i. *ſelon*, ſecundum vel juxta. *A* interdum cum infinito præſenti futurum denotat, qualitatemve alicujus officii importat: ut, *Choſe a aduenir, Beſongne a faire*, res eventura, opus faciendum. *Choſe a dire, choſe a taire*. Res dicenda, tacenda. *De* abſq; articulo, nominibus inſervit materiam, quantitatem vel inſtrumentum ſignificantibus, ut *Couronne d'or*, corona aurea, *couppe d'argent*, crater argenteus, *eſpée de fer*, enſis ferreus, *vn peu d'eau, de feu*, pauxillũ aquæ, ignis: *vn voyrre d'eau*, ſcyphus aquæ, *batre de verges*, virgis cædere, *iouer d'inſtrumens*, muſicis inſtrumentis ludere: Dicimus etiam, *iouer de la harpe, de l'eſpinette*, ludere ad citharam, ejuſmodique quæ feminina ſunt. *Au* dativo, accuſativo, ab-

vo, ablativo ſervit: *Du*, genitivo & ablativo. *Les ruiſſeaux ſe rendẽt au fleuue*, rivuli in flumẽ profluunt, *ils coulent au fleuue*, influũt in flumen. *Dormir au lit*, Dormire in cubili. *la nature du cheual*, natura equi. *Ie ſel du haren*, halecis ſal. *Ie viens du Pont*, é ponte venio. *Au* & *Des* plurali cujuſvis generis inſerviunt: *Aux*, Dativo, Accuſativo, Ablativo, *Des* genitivo & ablativo. *Donnés aux hommes & aux femmes*, dato viris & feminis. *La vertu appartient aux hommes, aux femmes*, virtus æqué viris ac feminis convenit. *Il eſt aux bois, aux areſnes*, in ſilvis, arenis, *l'air des champs*, aër ruſticanus. *La vertu des hommes, des femmes*, virtus virorum, mulierum, *Ie viens des champs*, venio rure. *De, Du, Des* ſignificant interdum partem vel ſpeciem, ut *boire de l'eau*, bibere aquam: *il y a du vin*, vinum ineſt, *deſrobber de l'argẽt*, furari argentum, *il y a de l'aſne*, ruditatis multum ineſt. *il y a du fer, c'eſt du vin*, ferrum ineſt: eſt vinum. *Il y a des poiſſons a la riuiere*, ſunt in flumine piſces, *Il y a des beſtes a la foreſt*. Sunt in ſilvis feræ. Quiddam, Quidam, Quædam. *Ie mange du mouton que vous aués tués*, ex occiſo à te vervece, edo. *du mouton*, pro, *de ce mouton*. In quo *De* & *Du* generis ratione differunt, dicimus enim, *Apporte du feu, de leaue*, non autem, *de feu du l'eaue*, affer aquã, ignem. Francorum præſertim nobilium cognomina feré exprimuntur præpoſitionib. *de, du, des*. *Iean de la Fontaine, Pierre du mont*,

Iacques des Pons, Fontanus, Montanus, Pontanus, *Charles de Vallois*, *Charles de Bourbō*, Carolus Valeſius, Carolus Borbonius, quod ipſorum familiam generiſque ſplendorem ſignificat. *De, du, des*, interdum vacare videntur, ut *la ville de Rome*, urbs Roma, *Le Fleuue du Roſne*, Flumē Rhodanus, *les montagnes des Alpes*, montes Alpes. *I'ay du bled & du vin*, pro *i'ay bled & vin*: vinum & triticum habeo. Item, *manger du pain, boire du vin*, panem edere, bibere vinum: Aliquando etiam ſine articulis contigit ut dicamus, *Iamais ne mangeras pain*: *ny beuuras vin*, neque panem edes unquam, neq; vinum potabis. In his tamen poſtremis formulis dif ferentia aperta eſt, *Du* enim partem ſpeciem-ve ſignificat quemadmodum & *de*: & *Ne Ny*, negant generaliter. *De, du, des, entre*, formant ſuperlativum cum particula, *plus*, adſcito ſibi articulo, ut *Le Lyon eſt le plus hardy de la troupe*: Leo in ea turba eſt audaciſſimus, *du troupeau*, *des animaux*, *entre les animaux*, é grege, in grege, in animantibus, inter reliquas animantes. *En* & *es* etiam aliquo modo ad numerum affecta ſunt cum verbo quietis, *En* quidem in ſingulari, *Es* in plurali: ut *il ceſt retiré en Ægypte*, in Ægyptum ſe recepit. *il ceſt ſauué es deſerts d'Arabie*, in deſertis Arabiæ fuga ſaluti conſuluit. Item *il eſt en Ægypte*, *es deſerts d'Arabie*, eſt in Ægypto, in deſertis Arabiæ. *En*, tamen,

men, non autem *Es*, regit, *Nous, Vous*, Nos, Vos, *Mes, tes, ſes, Qui*. *En*, locale raró propria oppidorum nomina antecedit, etſi enim uſitatiſſimé dicamus, ***il eſt en chambre, en France***, in cubiculo, in Francia, parciús tamen dicimus, ***il eſt en Paris***, ſed ***á Paris***, Lutetiæ, multó frequentiús. *En*, ſimiliter conſequitur, *Me, Te, Se, Nous, vous*, & quamlibet tertiam perſonam, cum verbis motus ad locum ubi ipſorum perſonæ tantúm conjungitur, ut ***ie m'en vay, ie m'en reuien, ie men retourne***, vado, redeo, revertor, ***Tu ten vas, Iean s'en va, Nous nous en allons, vous vous en allés***, Diſcedis, Joannes diſcedit, Nos diſcedimus, vos hinc diſceditis. ***Les ennemys ſen vont***: hoſtes abeunt. ***Allons nous en, Alles vous en, il ſen va***, Eamus, ite, abit. *En*, relativum eſt nonnunquam, quemadmodum & ***I, il eſt fort malade, il en mourra***: ægrotat ad mortem. ***il m'a fait tort, il s'en repentira***. Injuriæ mihi illatæ eum pœnitebit. ***Ie viens de Paris, en venés vous?*** Revertor Pariſiis, inde-ne & tu? ***I'ay des pommes, en voules vous***, placetne ex pomis quæ habeo? ***Il y a grande diuerſité d'hommes en ce monde: il y en a des ſages, mais il y en a beaucoup plus des fols***. magna eſt hominum toto orbe terrarum diverſitas, ſapientes quidam, ſed multó major ſtultorum numerus. *En*, gerundio ſervit, ***pleurer en riant***, flere ridendo, ***Parler en dormant***, loqui inter dormiendum. *En*, præterea mul-

tifariam adhibetur, ut *Ie penſe en moymeſme, tu penſes en toymeſme, il penſe en ſoymeſme,* pro apud me, te, ſe, cogito, as, at. *Eſtre en poſſeſſion,* eſſe in poſſeſſione, pro *poſſeder,* poſſidere. Item interrogatione, ut *en aues vous a moy?* mihi-ne moves controverſiam? *Sur* itidem peculiarem quandam rationem habet, ut *eſtre ſur la maiſon, ſur l'armeé, ſur les finances,* pro *eſtre ſur-entendant de la maiſon, de l'armeé, des finances,* præeſſe domui, exercitui, ærario Principis. *Apres* cum verbo ſubſtantivo, pro verbo activo uſurpatur, ut *il eſt apres pour en ſcauoir des nouuelles,* in eo eſt ut certi quid inde reportet, hîc *apres* ponitur, pro *il pourſuys il diligente,* perſequitur, diligentiam adhibet. aliquando omittitur, ut *eſtant reuenu, eſtant aymé,* hoc eſt, *apres eſtre venu, apres auoir ayme,* poſtquam ventum eſt, poſtquam amatum. *Par* ipſi *De* jungitur, ut *de par le Roy,* per Regem, pro *de la part du Roy,* de parte Regis. *Pour,* cũ infinito præſenti quandam importat facultatem in futuro, ut & de *A,* monuimus: ut *Il eſt pour eſtre grand perſonnaige,* futurus eſt magnus vir. *pour enrichir ſa maiſon,* domum amplificaturus, *pour arriuer auiourd'huy,* hodie adventurus. Aliæ tamen præpoſitiones indifferenter omnis ſunt numeri & generis, ſive cum articulo, ſive citra articulum. *Luy,* regitur á præpoſitione á qua *moy toy,* poſſunt regi, ut *en luy, pour luy, ſur luy,* in illo,

illo,pro illo,ſuper illo. *Qui*, ſi á verbo regatur,præpoſitionem admittit: ut *a qui parles tu?* cui nam loqueris? *de qui? pour qui? ſur qui? en qui?* de quo? pro quo? ſuper quo? in quo? *Que*, eſt abſq; præpoſitione, ut *Voila Iean que vous demandés*, en Joãnes quem petis. *Quel*, relativum numerandi admittit præpoſitiones abſque articulo, *A quel, de quel, au quel, du quel, aulx quelles, des quelles, en quel, es quelles:* ſi veró ab aliis præpoſitionibus regatur, admittit articulum, ut *par lequel, leſquels, ſur le quel, les quelles.* *Quelle*, poſt quamlibet præpoſitionem articulum ſervat, ut *A laquelle, de la quelle, par la quelle, ſur la quelle, en la quelle.* Similiter afficitur in pluralibus, nominativo accuſativo, ſine prę-poſitione, ut *ie vous ennoye des nouuelles leſquelles, ſont bonnes, leſquelles vous aurés pour aggreables*, mitto tibi nuncia quæ & bona & grata tibi erunt. *Quoy*, quid, ſæpe interrogativum eſt, idque adhibita præpoſitione, ut *A quoy?* adquid? *de quoy? pour quoy? ſur quoy?* qua de re, quam ob rē, ſuper quo. Nonnunquam abſolutum eſt, ut *il y a de quoy*: eſt unde &c. *Quoy faiſant il eſchappera*, quo facto, evadet. Poſſeſſiva pronomina, *Mien, tien, ſien, noſtre, voſtre*, quaſcunque præpoſitiones admittunt, eas interjecto articulo recipiunt, ut *par le mien, pour le tien*, per meū, pro tuo. *entre le ſien*, inter ſuum. *Mienne, tienne, ſienne*, nullam niſi adjuncto adſcitoq;

articulo præpoſitionem agnoſcunt, ut *de la mienne: A la tienne, a la ſienne*, de mea, ad tuam ſuam. Excipiuntur hinc, *Aulx*, *Des*, ut *aux miennes tiennes*, meis tuis. *Des miennes, tiennes*, de meis, tuis. Præpoſitio cum caſu recto nō inuſitaté adverbii qualitatis vicem ſubit: *Combatre en Hercules*, Herculis in morem pugnare, *proceder de prudence*, prudenter progredi, *viure a la Francoyſe*, Francicé vivere: *habillé a l'allemande*, Germanicé indutus, ubi intelligis *a la mode ou façon*, in morem, vel more.

ANNOTATIONES in Cap. XII.

Charles de Valois] Exemplum hoc appoſuit, quód dum hæc meditaretur & ſcriberet, Carolus 9. Francorum rex eſſet. Lubet veró hoc loco quādoquidem duæ hæ florentiſſimæ nobiliſſimæque ſunt Francorum familiæ (Francica enim corona é Valeſio capite, in quo nunc alma reſidet, in nullum poſſit, niſi Borbonium caput Salica lege excidere) horum nominum rationem é Carolo Bovillo Samarobrino repetere. Tranſibimus hinc (ait lib. de Hallucinatione Gallicanorum nominum, cap. 8.) in regionem Galliæ ſitam inter Belgas, quam noſtrates Valleſium, inepto nomine, & minús quám par eſt antiquitati alludente vocant: á qua etiam hodierni Francorum Reges, á Philippo Valeſio, antiquum Capeti nomē linquentes, titulum cognominis adſumunt. Gallicum vulgus hanc regionē, titulo ducatus inſignem, *Vallois* appellat: quod nomen ab antiquo Galliæ nomine, proximam & indubitatam originem traxit. Solent enim Belgæ literam *G* in *V* ſæpenumero commutare,

mutare, *Vaſcones*, *Gaſcons*, &c. Idem cap. 13 de Borbonii nominis & gentis origine. Hæc gens (ait) hodie in Heduenſi agro ſedet, cujus tamē in Gallia non priús meminit Cæſar, quám poſt partam de Helvetiis victoriam. Cúm enim victos á ſe Helvetios in ſuos ſines redire coegit, Boi, qui cum Helvetiis ſpe obtinendæ Galliæ ſinibus ſuis egreſſi, adverſus Cæſarem arma tulerant, parte Heduenſis agri, ab Heduis ob ſingularem virtutem donati, in eo, quo nunc ſunt loco, permittente Cæſare ſederunt, nec in ſua redierunt. Hic igitur locum quem dono Heduorum obtinuere, de ſuo nomine, germanico more *Bourgbon*, id eſt *burgum*, ſeu villam Bojorum dixere. Poſteritas autem ex illo nomine ſuppreſſa litera *G* nomen *Bourbon* confecit: quod nunc Latini Borbonium finxere.

CAP. 13. *De Syntaxi Conjunctionum.*

HACTENUS ſingularis quædam fuit noſtrarum præpoſitionum Syntaxis, longé alia á Syntaxi præpoſitionū tum Græcorum, tum Latinorum, ut perpetuū argumentum ſit Francicam linguam non ab aliis pendere, ſed á ſe ſuæ exiſtentiæ cauſſam obtinere. Conjunctionum Syntaxis ſupereſt, ea in ordinis convenientia tota cernitur. E conjunctionibus quædam inter ſententias quas connectunt ſunt interjectæ. Copulativa, *Et*, quodlibet elementum antecedit, ut *Bœuf & Aſne*, *lettre & epiſtre*, *frapper & bleçer*. Bos & Aſinus, Literæ & epiſtola, ferire & lædere. *Et* interdum nota eſt indignationis, ut *Et certes de*

quelle patience a ce eſté en reſpondant à Anthoine, de s'abſtenir de maledicence. Et quidem quęnam patientia eſt inter reſpondendũ Anthonio à maledictis abſtinuiſſe? *Que*, hujus loci eſt. *D'ou venés vous que vous eſtes ſi fort courroucé?* Unde nobis prodis adeó iratus? *Il eſt iour ou nuict*, Dies eſt aut nox. *Payés moy ou autrement ie vous quitte.* Solve mihi te alioqui deſerturo. *L'anneé eſt ſeiche, parquoy les maladies ne ſont à craindre*, Siccitas eſt hoc anno, proindeque morbi minús periculoſi. *Les Chirurgiens auront la vogue, pourtant que les vignes ont adreſſe.* Chirurgi quæſtum facient, quandoquidem vineæ bene floruerunt. *Ciceron eſt ſage, auſſy eſt il eloquent*, Cicero ſapiens eſt ſimulque eloquens. *Il eſt auſſy eloquent*, eſt etiam eloquens. *Il dort doncques*, dormit igitur: *il repoſe doncques*, quieſcit igitur. Conjunctionum quædam ſententiarum junctarum ponuntur initio, ut *Si tu eſtudies tu ſeras ſcauant*, Si dederis operam literis, evades doctus, *Si tu me faſche ie te faſcheray*, ſi mihi bilem moveris, movebo & ego tibi. *Combien que tu te rompe la teſte, tu ne ſcauras iamais rien.* Etſi maximé in ſtudia literarum incubueris, nihil tamen inde conſequêre.

Anomalia duplex eſt in conjunctionibus Francicis & ut in Latinis. Polyſintheton eſt quando conjunctio redundat. *L'eſté eſt & chaud & ſec.* Æſtas eſt & ſicca & calida. *Il n'eſt*

n'eſt ny froid ny humide, neque frigida eſt neque humida. *Ou boy ou t'en va,* Aut bibe aut abi. Aſyntheton eſt ubi conjunctio detrahitur, ut *Tu veux courir, iouer, ſauter, danſer, folaſtrer,* vis currere, ludere, ſaltare, tripudiare, laſcivire. *Tu es pauure, neantmoins orgueilleux.* pauper es, nihilominus ſuperbus. *Vueilles non vueilles*, velis nolis. *Il y a quatre iours pour le plus cinq*, quatuor dies ſunt aut quinque ad ſummum.

ANNOTATIONES ad Cap. XIII.

Les chirurgiens auront la vogue] Hoc argumento Plato 3. de Republ. miſeras civitates augurabatur, quæ medicorum & judicum multitudine indigerent: quia multam quoque & intemperantiam & injuſtitiam in ea civitate verſari, neceſſe ſit. pari argumento Anacharſis in India non eſſe tibicines, quód neque vites ibi eſſent, colligebat, ut eſt apud Ariſtot. Demonſtrat. lib. I. cap. 10. *Aut bibe*] De hoc proverbio vide Eraſm. in Chiliad.

CAP. 14. *De Interpunctionum notis.*

SUPERSUNT interpunctionum notæ, Francis eædem cum Latinis, quatuor videlicet primæ & principales, Virgula, inciſum: membrum· periodus. *ſouſpir, demipoſe: poſe· periode.* Virgula eſt qua diſtinguitur verbum, quod ambigué antecedenti vel cōſequenti ſervire poſſet, ſic, Inciſum ſenten-

tiam imperfectam oſtendit, puncto ad mediam literã poſito, ſic· Membrum ſententiam quidem perfectam, ſed cum altera cõjunctam habet, & puncto ad ſummam literam poſito, ſic· Periodus ſententiam abſolutam comprehendit, puncto ad imam literam poſito, ſic. Sed hoc exemplo iſta interpunctionum genera, ſtatuantur ob oculos. *Aucuns Philoſophes de grande authorité, ſeparent par penſée ſeuerement & vertueuſement ces trois eſpeces eſtans en elles vnies & confuſes· Car ils eſtiment eſtre prouffitable tout ce·qui eſt iuſte· Auſſi iugent ils eſtre iuſte tout ce·qui eſt honneſte· Dont il faut conclurre·que tout ce· qui eſt honneſte· que cela meſme ſoit utile.* Atque hæ veterum ſunt tum Græcorum tum Latinorum interpunctionum notæ, quamvis hac tempeſtate neglectæ feré contemtæq; jaceant. Sed locus ille Latiné ſic habet. Summa quidem authoritate Philoſophi, ſeueré ſané atque honeſté hæc tria genera confuſa, cogitatione diſtinguunt: quicquid enim juſtum ſit, id etiam utile eſſe cenſent: Itemque quod honeſtum, idem juſtum: Ex quo efficitur, ut quicquid honeſtum ſit, idem ſit utile. Peculiares item ſunt notæ: Interrogationis, ſic? ut *qu'eſt cela autre choſe qu'abolir de la vie la compagnie des viuans?* Quid hoc aliud eſt quám viventum ſocietatem é vita tollere? Admirationis ſic! *O*

teme-

temerité incroyable ! O temeritatem incredibilem ! Unionis ſic *paſſe-volant* antevolans. Parentheſis autem, (id eſt interpoſitio vel intercluſio) virgulis utrinque diſtingui ſolet ( ) ut *Je vis (car tu eſtois abſent) que nos amys deſiroyent la guerre*, vidi (nam tu aberas) amicos noſtros cupere bellum. Atque hactenus expoſita ſunt Francicæ linguæ rudimenta, quæ excitata nobiliũ paſſim tota Francia ingeniorum ingenua æmulatione contentioneq;, non modó præceptis luculentiora, verúm etiam exemplis, uſu, induſtriaque comparatis ornatiora illuſtrioraque aliquando fore ſpero. Eorum enim plenior & abſolutior cognitio ex bene Francicé ſcribentium fontibus potiús, quám ex ullis Grammaticarum præceptionum rivulis haurienda eſt.

ANNOTATIONES in Cap. XIIII.

Ex uſu] Summum univerſæ Philoſophiæ fundamentum, Platonicum fundamentum iſtud eſt, id enim Polus in Gorgia Platonis hoc pacto ediſſerit. O Chærepho (ait) multæ artes ſunt hominum experientia prudenter inventæ: experientia ſiquidem efficit ut artificioſé, inexperientia ut temere vita noſtra progrediatur. Hanc vero magiſtri Platonis ſententiam Ariſtoteles lib. 1. Metaphyſicorum citat & extollit. Uſu (ait) & experientia hominibus ars & ſcientia comparatur, ἡ μὲν ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ἡ δὲ ἀπειρία τύχην. Uſus artem genuit, fortunam autem imperitia. Quod ipſum videtur

prioris Demonſtration. cap. 14. confirmare, dum diſputat, ſi cui ſenſus aliquis deſit, ei neceſſarió ſcientiam aliquam defuturam: omnem enim ſcientiam ab iis quæ ſub ſenſum cadunt ortam eſſe, non quód ſenſus tanquam magiſtri & doctores ullam ſcientiam docuerint, ſed quod ſenſilium & ſingularium exemplorum per ſenſus inductione, diligentes ac ſtudioſi homines *Usu DUCE, COMITE METHODO, omnes artes, omneſque diſciplinas invenerint, ut omnis omnino diſciplinæ, verum naturalemque in veris & naturalibus exemplis uſum, parentem eſſe ſtatuamus, concludamuſque tandem quod Afranius apud Gellium de Diſciplinis per proſopopœiam concludit.

Uſus me genuit pater, mater me peperit mater.

** Vide Platonem in Philebo Ciceronē.1. de Oratore & Talaū ad eum locum.*

[library stamp]

GRAMMATICÆ
FRANCICO-LATINÆ
FINIS.

DE

DE RATIONE FRANCICORUM VERSUUM IN RHYTHMIS ATQUE METRO.

QUOD eos qui vernaculas adhuc Grammaticas cõſcripſerunt feciſſe animadverto, ut verſuum rationẽ ad calcem operis quaſi Coronidem adjecerint, hoc etiam ego hac in parte facere non gravabor, idque repetita pauló altiús origine. Quoniam igitur totum hoc negotium Rhetoricũ jam potiús quám Grammaticum eſt, ut ii ſoli poſſunt animadvertere, qui catholicas illas veritatis, juſtitiæ, ſapientiæque leges methodicas excolunt: cumque Elocutio ex Rhetoricæ partibus, ſi modó via & ratione deſcribatur, altera, in Tropis & Figura tota ſit: Figuraque Dictionis ſit aut Sententiæ, illam in ſonorum dimenſione vel repetitione totam eſſe conſtat. Atque cúm dimenſio quæ in certa pedum collocatione ſpectatur univerſa, alia poetica ſit, oratoria alia: Poetica definitur quæ perpetuis certorum ſpatiorum legibus eſt adſtricta, & feré quidem in fabuloſis argumentis ad hominum mores imitandum

& exprimendum. Hinc Tragœdia Comœdia & cætera poematis genera orta ſunt, in quibus varietas caſuum & agnitio tandem inſperata animos delectarent. Sic enim

Et prodeſſe volunt & delectare Poetæ

ait Horatius: quin & immutato ordine, non ut hiſtorici, eo quo res geſtæ ſunt, narrant: at ὕστερον πρότερον á medio plerunque incipiunt, & ad initium, telam ut cum Ronſardo noſtro ſummo in hoc genere artifice, loquar, retexunt: ut his verſibus innuit Horatius.

Ordinis hæc virtus erit, & venus, aut ego
fallor
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia
dici
Pleraque differat & præſens in tempus o-
mittat.

Alioqui ſi animalium ordinem ſerves, ſi vera tractes aut ſeverior fueris, nihil habere poetæ, niſi numerum, videare. Sic Empedocles Ariſtoteli phyſiologus videtur non poeta, & Lucanus inter oratores (hiſtoricũ non inepté poſſis appellare) numeratur á Quintiliano, neque feré quicquam habent commune cum Homero aut Virgilio præter metrum. Atque hæc in talis argumenti licentia numero poetica dicitur, cujus voluptas præcipué inſignis eſt, incantationemq; illam Platonis in Gorgia manifeſto carmine continet, adeo ut hinc primúm homines capti,

capti, putentur á fera agreſtique vita ad civilem & humanum cultum traducti eſſe: Nec enim obſcurum eſt Horatii illud in Arte,

Silveſtres homines ſacer interpreſque Deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidoſque leones,
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda,
Ducere quó vellet. &c.

Numerus veró poeticus Rhythmus eſt aut Metrum. Rhythmus eſt numerus poeticus, certum ſyllabarum numerum, certa clauſula terminatum continens. Tales Rhythmi ut lib. 1. Grammaticæ ſignificavimus, naturales ſunt in omni natione atque gente, ac (ut ait Ariſtoteles) é naturali & ſponte fuſa compoſitione. Sic enim hodie Francorum, Italorum, Hiſpanorum, Germanorum, omniumque omnino populorum Rhythmi ſunt, ſine ulla longarum vel brevium ſyllabarum dimenſione. Ejus apud Francos (ut author Artis poeticæ, quæ Francicé ſcripta circumfertur, & Foquelinus in Rhetorica Talæi Francica ait) genera novem ſunt.

Primum genus eſt diſſyllabum, cujus generis Maroti hoc eſt epigramma.

Linote	linaria
Bigote	hypocrita
Marmote	demiſſa
Quicoudz	quæ ſuis
Ta note	tuam notam
Tant ſote	tam ſtultam
Gringote	garrulé cantas
De nous	de nobis
Les pous.	pediculi
Les clous	ulcera
Les lous	Lupi, &c.

& quæ ſequuntur: in quibus *Linote*, *bigote*, & ſimilia tametſi triſyllaba videantur, ſunt tamen, propter *e*, femininum quod hîc muteſcit, diſſyllaba, tanquam ſi eſſet *Linot'*, &c.

Secundum genus eſt triſyllabum, qualia ſunt Joachimi Bellaii hæc, in 10. Amadis.

Amadis	Amadis
que iadis	qui olim
on viſt eſtre	viſus eſt
Tant adextre	tam dexter
par les ars	artibus
Des Eſſart,	Eſſartii,
Que i'honore,	quem colo:
Sembloit ore	videbatur jam
Moins parfaict	minús aptus
A l'effect	ad opus
Et des armes	armorum
Et des Dames	& aulicarum
par les ans	annis
Trop nuiſans	detrahentibus

A la

A la grace	gratiæ
De ſa face	frontis ipſius
Ou s'aſſemble	ubi collectæ ſunt
Ce me ſemble	meo judicio
Quelque ſoing &c.	ſollicitudines.

Tertium genus eſt quadriſyllabum: Baiſius ad Francinam,

L'accouſtumance	Conſuetudo ipſa
Sert d'allegeance	eſt ſolatio
Quand on ſupporte	ſi toleremus
De vertu forte	virtute conſtantiaq;
Ce qui ne peut s'amē-	ea quæ ratione non
der par raiſon, &c.	poſſunt emēdari.

Quartum eſt quinque ſyllabarum, Ronſardo in Odis frequentiſſimū. Olivarius de Magni ad Janum Maumontium.

Ceſſe de te plaindre
Et t'eſſaye a peindre
Ton teint paliſſant
D'une couleur viue
Qui l'Aurore ſuiue
D'un train rougiſſant.

Impone modum querelis
atque effice ut pingas
genas pallentes
colore vivo
qui Auroram imitetur
tractu rubenti.

Quintum eſt ſyllabarum ſex: qualia ſunt Mellini Saingelæi in Ode cujus initium eſt

O combien eſt heureuſe

La peine de celer
Vne flamme amoureuſe
Qui deux cœurs fait bruſler
Quand chacun d'eux s'attent
D'eſtre bien toſt content.

O quam beata
Pœna celandi
Flammam amoris
Quæ cor geminum urit
Dum *uterque ſperat
Brevi optatis frui.

ſ.amã-tum.

Sextum eſt ſeptem ſyllabarum: hujus generis multa ſunt Ronſardo in Odis, ut & in tumulo Marg. Valeſiæ, Navarr. Reginæ.

Bien heureuſe & chaſte cendre
Que la mort a fait deſcendre
Deſſous l'oubly du Tumbeau,
Tombeau qui vray mentenſerre
Tout ce qu'auoit noſtre terre
D'honneur, de grace & de beau.

Beatus caſtuſque cinis
Quem mors adegit deſcendere
Sub oblivionem tumuli,
Tumuli, qui veré amplectitur
Quicquid habuit noſtra terra
Honeſti, gratioſi & pulcri.

Septimum eſt octoſyllabum, Odis & Sonetis in primis aptum. Baifius ad Mellinam.

Taſſe o par trop heureuſe taſſe,
En qui le plus grand heur s'amaſſe
Que ſouhaiter puiſſe mon cœur

Pour

Pour alegeance a ma langueur

Crater o nimiúm beate crater,
In quo major felicitas cumulatur,
Quam expetere poſſit meum cor
Levando meo langvori.

Octavum eſt ſyllabarum decem, quo genere uſus feré eſt Tahureau, tum in Sonetis tum in Odis, & Ronſardus Amorum primà parte, & Bellajus in Sonetis feré ſemper: Quin & Ronſardi Franciados lib. 4. hoc verſuū genere ſcripti ſunt. Sed ipſius Tahureau in Ode ad Deniſotum Comitem Alſinoum exemplum in primis elegans eſt.

Ie voudrois bien en fidelles cantiques
Pouuoir, ainſy que tu fais aiſonner
O Deniſot quand tu veux entonner
De noſtre Dieu les louanges pudiques,
I'animeroy maintz beaux fredōs lyriques
Qui me feroiēt du vray Chriſt couronner,
Qu'as entrepris de ta lyre ſonner
Autāt où mieux que les harpeurs antiques.

Optarem fidelibus canticis
Poſſe, ut facis ratiocinari
Deniſote, quoties vis intonare
Supremi numinis laudes pudicas,
Animarem multos lyricos verſus
Qui facerent ut à Chriſto coroner,
Quem aggreſſus es lyra reſonare
Æqué vel meliús quàm lyrici antiqui.

Nonum & poſtremū eſt dodecaſyllabum, cujus generis verſus vulgó Alexandrini,

quód fortaſſis hoc genere carminum Alexandri Magni hiſtoria primúm ſcripta ſit, appellari ſolent. Genus hoc, etſi proſæ ſolutæq; orationi videatur ſimilius, ut Ronſardus ipſe fatetur in præfatione Franciados, uſitatiſſimum tamen eſt, & quidem, vel ipſo Ronſardo authore. ut in Commentariis ad ſecundam Amorum ipſius partem præfatur R. Bellaqueus, plané Francicum, longéque, (modó ne verſus á pueris in hac arte fiant) ſuaviſſimum, rebus ſeriis, & longo poemati aptiſſimum. Exemplum qui requiret præter varia Ronſardi poemata, variaſque elegias, aliorumque qui noſtra ætate hoc genere laudis excelluerunt, perlegat Gul. SALLUSTII, Domini Du BARTAS divini poëtæ divinum opus, habebit, ni valde fallor, quod ſtupefactus, ad miraculum uſque veneretur & ſuſpiciat. Sed generis hujus exemplum apponamus. Ronſardus in hymno juſtitię, varia ejus effecta annumerans.

Elle fait que le Roy ſur le peuple a puiſſance
Et que le peuple, ſerf, luy rend obeiſſance,
Elle nous a monſtré comme il faut adorer
Le ſeul Dieu eternel: comme il faut honorer
Pere, mere, parens, & quelle reuerence
On doit aus mortz, de peur de troubler leur ſilence,

Dieu

Dieu qui le ciel habite a touſiours en ſoucy,
Ceux qui ayment juſtice & qui la font auſſy.
Ipſa facit ut rex populo dominetur
Utque populi, ſummiſſé illi obediant,
Docuit nos quo pacto coleremus
Numen æternum, quoque honore afficeremus
Patrem, matrem, parentes, quaque reverentia
Proſequeremur mortuos, ne ipſorum ſilentium interturbemus.
Deus ille qui in cælis eſt ſollicité curat
Eos qui juſtitiam amant, eamque obſervant & faciunt.

Quin hoc ſcribendi genus, etſi, uti diximus, rebus tantùm ſeriis & heroicis ob gravitatem aptum eſſe videatur, epigrammatis tamen, epitaphiis rebuſque ejuſmodi jam cœptum eſt adhiberi. Sed hactenus de Rhythmo. Metrum eſt numerus poeticus certos pedes & certis locis collocatos continens. Quod etſi Francis adhuc nondum ſit uſitatum, Elegiacum tamen Sapphicumque (proindeque Heroicum, cum Elegia utrumque & Hexametrum & Pentametrum cõjunctim admittat) ex Jodello lib. I. Grammaticæ habuimus. Extat veró ejuſdem ad Franciam 36. verſuum Elegia cujus initium ſic habet,

Sur ce que tourne le Ciel, & ſur ce que cloſe dedans luy
Fome la terre, encor l'onde, le vuide, le feu, &c.

Super iis quæ Cælum volvit, ſuperque iis quæ cincta ab illo
Format terra, unda etiam, vacuum, & ignis.

Nec poſſum elegantiſſimum artificioſiſſimumque ejus diſtichon hoc, non apponere.

Phœbus, Amour Cypris veut ſauuer, nourrir & orner
Ton vers, cœur, & chef d'ombre, de flamme, de fleurs,

Phœbus, Amor Cypris vult ſervare, nutrire, ornare
Verſum, cor, caputque tuum, umbra, flamma, floribus.

Hexametrum conſtat quatuor primis locis é ſpondæo vel dactylo: quinto, dactylo tantúm, ut ſexto, ſpondæo. Elegum (vulgó Pentametrum) conſtat duobus primis locis dactylo vel ſpondæo: tertio, ſpondæo cum anapæſtis duob. Sapphicum cujus exemplum in Gramm. fuit, ę choreo, ſpondæo, dactylo, choreis duobus, cui, ubi ter dictum eſt, carmẽ Adonium additur. Sed & Aſclepiadęi, é moloſſo, anapęſto, duobus dactylis. exemplum eſt in Jodello ejuſmodi.

On feint Mars violent, plein de fureur, de fiel,

D'hor-

D'horreur, meurtre, hideur, en reputant le Ciel
Au bas monde pareil tant, que la paſſion
Des Dieux, ſemble regir leur volage action.

Fingitur Mars violens, plenus furoris, fellis,
Horroris, cædis, vaſtitatis, reputando cælum
Inferiori huic mundo ſimile, adeó ut perturbatio
Deorum videatur regere inconſtantes eorum actiones.

Sed hæc præter inſtituti noſtri rationem adjeciſſe, & tanquam digito indicaſſe ſufficiat.
Vale Lector & fruere.

FINIS.

IN OBITUM PETRI RAMI PHILOSOPHIÆ ET VERITATIS AMATORIS.

VIVEBAT ut moreretur, optabat mori
PETRUS RAMUS olim ut viveret,
Nunc eſt RAMUS, heu! demortuus.
Num quæſo vivit? at vivit non mortuus.

Idem, Francicé.

RAMUS viuoit pour quelquefois mourir
Et demãdoit mourir à fin de viure,
Or eſt il mort, il reſte à s'enquerir
S'il meurt plus? Non: car de mort eſt deliure.

N. Huret Campanus.

RA-

RAMUS de ſeipſo.

Me malus in vita doctorum exercuit error,
Plebs jugulat, patriæ rettulit illud amor.

JAC. PASCHARIUS LOTHARINGUS.

Fertilior quavis cúm ſit ſacer arbore Ramus,
Arboris hic dignus nomine Ramus erat.

FREJGIUS DE RAMO.

Invictus Rame es, nam bis duo pectora geſtas,
Socratis, Euclidis, Tullij, Ariſtotelis.
Arte es Ariſtoteles, methodo Plato, Tullius ore,
Ingenio Euclides, Rame quid ulterius?

BüRRERUS é Græco
Frejgii.

Herculei tua fama volat nunc, Rame, laboris
Ad Boream atq; Nothum, & Solis utrumq; latus.
Ergo alii tumulis ſtatuatur forma cylindri,
Aurea de Logicis ſint monimenta tibi.

Aliud.

Gallicus Alcides qui cuncta ſophiſtica monſtra
Suſtulit, heu! una concidit invidia.

IN RAMI obitum P. Th.

Exciſa veluti ſuccreſcunt arbore rami,
Sic tua laus ſerpit funere, Rame, tuo.

Corrigenda.

Pagina 5,*v*.4,*lege* Κȣρρȣς. *Ibid.* ultra. *P*.13,*v*.27,pro U *ſcribe* V. *P*. 22,*v*. 7,ω. *P*.27,*v*.3, que. *P*.28, *v*.16. ego. *P*.31,*v*.30, votre,. *P*. 54,*v*.5,aiment. *P*.60, *v*. 30, deburoy. *P*. 77, *v*. 4, Picardorum.

B

N